SCIPIONIS IARDINI IVRECONSVLTI MACEratenſis, & Primarij Regij Profeſſoris Dolani,

REPETITIO SVPER *l. 1. ff. ſi cert. petat.*

IAcobus Butrig. & Bart. & alij plurimi diuidunt hoc reſponſum legis noſtræ in quinq; partes. Accurſ. autem in quatuor Paul. autem Caſtrenſ. & ante eum plures in tres partes; ſed Io. Franc. a Ripa in duas. Auctor autem diuidit in tres partes diuerſimode [illegible] omnibus nu. 1. & ſeq.

Diuiſio eſt generis in ſpecies, partitio autem eſt totius integralis in partes. nu. 5.

Lex diuiſionis eſt vt debeat eſſe bimembris ſecus autem in partitione. d.nu.3.& 5.

Qualis eſt nigri tractatio talis debet eſſe Rubricæ ſignificatio. 7.

Ad cognitionem ſpeciei debet præcedere cognitio generis. d.nu.7.& 9.

Rubricæ ſunt præfationes quædam. 10.

Præfatio dicit principalem loquentis intentionem. ibidem

Quicquid eſt propter aliud, regulari debet ab eo propter quod eſt. 12,

Rubrica alia tractatus; alia ſpecialis tituli 13.

Validum eſt argumentum ab auctoritate 15

Rei nomen generale eſt, & vocibus tranſcendentibus annumeratur. 18

Volumen edicti perpetui Prætor contexuerat. 21

Voces ſi cert. petat. de cert. condict. ſunt de Rubrica: & inſuper ſunt de nigro, prout ad præcedentia vel ſequentia retuleris ipſas 22.

Certi condictio ſpecialis non inuenitur, ſed duntaxat generalis. 25

Vox vna, duas ſignificationes eodem tempore, in eodem nigro, dicere poteſt; prout uox IPSIVS *in tex. noſtro* 26.

Definitio duplex; nempe quid nominis; & quid rei 28. & ſeq.

Titulus eſt quid ſimonimum in Rubrica & vnde dictus 29.

Rubrica & titulus, quomodo diffinitione eſſentiali explicentur ibidem

Duo ſunt genera Rubricarum 30.

Rubrica cum dicto; & definitio cum re definita; atq; ratio finalis cum ſua diſpoſitione conuerti debent. 34. & nu.

In intelligenda interpretandaq; voce rerum creditarum iuris interpretes hallucinati ſunt. 34.

Regula quod Rubrica æquetur nigro, videtur ali quibus limitationibus coarctari; ſed accuratius re introſpecta ſemper æqualia ſunt Rubrica & niger in iure noſtro nu. 36. & ſeq.
Argumentum a Rubrica continente orationem perfectam, validum eſt etiam ad deciſionem cauſarum. 39. & ſeq.
Eadem oratio diuerſis reſpectibus, contrarios aut diuerſos ſenſus, & ambos veriſſimos exponere ſignificareq; poteſt. 42.
Statutum generale quod extantibus maſculis filia dotata non ſuccedat, ſi deinde in nigro excluditur dontaxat à ſucceſſione materna quomodo Intelligatur. 44.
Ratio legis eſt anima legis; & efficit ratio vt longius extendatur legis diſpoſitio quam ſermonis progreſſus admitteret. 58. 59. & 60.
Vbi idempritas vel maioritas rationis adeſt; non ſolum extenſio ſed verius comprehenſio dicitur ibidem
Nulla maior vis quàm correlationis, & de natura atq; de eſſe formali correlatiuorum 63. & ſeq.
Limitationes ad regulam quod generi per ſpeciem derogatur 66.
Senſus à contrario, ceſſat; quando directus ſenſus alibi in corpore irris habetur 67
Limitaiiones ad regulam, quod duo Vnicula magis operantnr quam vnum. 68
Interdum vnn ratio vincit duas, & quando

iſtud ſit. 69
Iudex an poſſit interrogare Teſtem quid ſit res ſupra qua ratificaturus eſt. nu. 72. & nu. ſeq.
In tali interrogatione de eo quod quid eſt; Iudex vnum poteſt; aliud debet: & ad tertium tenetur 77
Definitio vera intrinſecus plene cognita, conſtat ex genere & vnica differentia 79
Exempla talium Veriſſimarum definitionum tam intra Philoſophiæ quam intra iuris ciuilis fontes quæ conſtant ex genere & vnica differentia ibidem & nu. 80
Non eſt verum quod definitio in iure periculoſa ſit magis quam in alijs ſcientijs, ſi de eo quod quid eſt, nempe de eſſentiali definitione agamus 81. & ſeq.
Teſtis contrarietas quando concordari debeat duntaxat at finem euitandæ pœnæ falſitatis; & quando etiam ad finem probandi 86
Teſtis poteſt reſpondere per entymema & concludit 88

SCIPIONIS IARDINI I. C. MACERATENSIS & primarij Regij profeſſoris, Dolani in regione ſequanorum in iure Ciuili.

Repetitio ſuper l. 1. ſi cert. petat. ff.

BENE eſt diuiditur hic tex. in quinque partes ex ſententia Iacob. Butrig. & Bart. quem plurimi hic ſequuntur atque Alex. & Iaſ. Iacob. de nig. & Io. de Prato: Sed ex traditione Accurſ. in quatuor partes dumtaxat vt liquet ex priori gloſſ. ſua; Paulus autē Caſtrenſis & ante eum etiam Iacob. de Aren.

& Cyn. & Alber. tripartita diuiſione complexi ſunt litteram huius tex. Verum Io. Franc. à Ripa in duas tantum partes diuiſit, ſubdens ex ſententia Philoſophi atque etiam Iaſon. in Rubr. ff. de Vulg.& Ang.de
2 Act. Inſtit. de actio. † quod omnis diuiſio debet eſſe aut bimembris aut ad bimembrē
3 redigibilis: † Ipſe vero crediderim ex veritate tripartita iſta quā ſubijcimus diuiſione diſtingui textū noſtrum. Nā in priori parte proponitur dictū nempe refertur terminus ille qui ab initio ante omnia expoſitione declarandus est: In ſecunda parte declaratio præmiſſorum ſubnectitur. In tertia probatio ipſius declarationis affertur: ſecunda in tex. Quoniam igitur Tertia in tex. nam vt libro primo Clauſula enim omnes &c.reſpicit ipſam declarationem & intra viſcera ſecundæ partis clau-
4 ditur, quæ alioquin manca eſſet atque obſcura & minime declarata nec concludenter expoſita; quemadmodum deinde alia clauſula in fine textus poſita in verſiculo rei quoque;eſt particula quædam tertiæ po ſtremæ partis principalis quæ alias pariter in ſua integritate defeciſſet,niſi ſuper vtraque voce probationē prompſiſſet: Vnde declarationem in ſecunda præcedenti parte propoſitam ſuper tota clauſula rerum cre-

ditarum probat Vlpianus in hac tertia parte, Et quidem quoad verbum credendi per auctoritatem Celſi dum de ipſo meminit, & quoad verbum rebus ex auctoritate Prętoris in dicto verſiculo Rei quoque. † fallitur igitur Bart. dum ex verſiculo omnes atque ex clauſula iſta Rei, nouas partes principales in diuiſione contexuit. Neque aduerſatur id quod ex vtraque tum Philoſophorum tum etiam Iuriſperitorum Academia deducit Dominus de Ripa: quippe quia † reſpondemus illud vendicare ſibi locum in diuiſione, quę eſt generis in ſpecies, non autem in partitione quæ eſt totius integralis in partes cohærentes; prout euenit quotiens litera textus ſeu Canonis diuiditur, quo caſu proprie partitio fit, licet expendamus pro tali partitione nuncupanda, diuiſionis nomen in latiori eius ſignificatione acceptum; ſecundum quam etiam partitionem complectitur. † Ratio autem illa huius rei eſt quoniam totum integrale interdum conſtat ex duabus partibus vt homo ex anima immortali & corpore mortali, quandoq. ex tribus vt Domus ex ſolo pariete & tecto gloſ. in l. eum qui ædes ff. de Vſucapio. aliquando ex pluribus; vt quadriga aut currus ex quattuor Rotis; Quamobrem non poteſt ipſius lite-

4 5 6

ræ legũ, ſeu Canonis, diuiſio: quę verius ac proprie partitio eſt deduci in minora mẽbra quam numerus partium integralium ipſius textus expoſtulet qui ſane numeri calculus ſemper verius rutilat, in varijs integralibus totis, & textubus: aliud vero eſſe totum vniuerſale vt genus & aliud totum integrale vt domus docuit ipſe Bart. & ibi omnes in l. qui vſumfructum ff. de verb. obligat.

7 Ad compendium reuocari debet tex. noſter hoc pacto qualis eſt nigri tractatio talis eſſe debet Rubrice ſignificatio, quam etiam exponi bonum eſt: & quamuis ipſius Bart. compendium apprime magiſtrale ſit, nihilominus videtur mihi quòd iſtud noſtrum magis ſpecialiter exprimat. atque adæquatius loquatur ſubſtantiam ſenſus legis noſtræ: Magiſtri vero & legum Aurigæ Bart. ſummarium ſit potius quoddam latens dogma & principium, multo fuſius patens quam Nigri poteſtas atque loquutio: ab ipſo enim Bartoli ſummario non ſolum deſcendit tamquam a ſua generaliori cauſa iſte quoque ſubalternus terminus quòd ad cognitionem interpratationis futuræ particularium titulorum & ſic ſpecierum debet præcedere cognitio propoſiti generis, nempe notio ipſius

gene-

generalis Rubrica ad omnia ſequentia inſcriptæ, ſed etiam, a, quo dogmate, vel alij ſexcenti proficiſcuntur ſubalterni huiuſmodi termini ſuper omni materia: † vnde non eſt proprium ſummariũ huius tex. 8
ſed verius notabile quoddam egregium inde magiſtraliter atq; veriſsime exprompſi.

Nota igitur primo ex iſto textu quod ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis, idem not. in §. his igitur inſtit. de iuſt. & iur. 9

Secundo nota quod Rubricas interpretationibus euolui & quid ſignificare in ſenſu velint declarari opere pretium eſt, Nam Rubrica quia eſt Præfatio quædam, iccirco dicit principalem intentionem auctoris loquentis & ſic legislatoris l. fin. ff. de hæred. inſtit. 10

Tertio nota quod generalis tractatus generalem poſtulat Rubricã ſicut enim definitio conuerti debet cum ſuo definito, & non latius diuagari neque anguſtius coarctari l. 1. §. dolum ff. de dol. mal. Hierō. 11
Cagnol. in l. omnes diffinitio ff. de reg. iur. 12
ita etiam conuenit vt rubrica coæquetur nigro, tametſi interdum legislatores hanc legem & regulam in rubricis aliqua ſpeciali ratione non dicam violarint ſed prudenti conſilio ab ea receſſerint vt quod prin- 13

cipalius

cipalius inter principalia inſpectaret, per inſcriptionem rubricæ longius diſtenſam vel anguſtius rethractam cuique manifeſtum facerent.

12 Quarto nota quod Rubrica à nigro; non autem nigrum; à Rubrica regulari debes: quoniam quicquid eſt propter aliud regulari debet ab eo propter quod eſt l. etſi non ſunt claui §. perueniamus ff. de aur. & argent. legat. & illic Bart.

13 Quinto nota quod duo ſunt genera Rubricarum: nempe quia alia eſt Rubrica ſingulari titulis alia vero eſt Rubrica alicuius tractatus & ad plures titulos cõmunis atq; generaliſsima: vt patet in Rubrica noſtra cum ſimilibus.

14 Sexto nota quod tractatus noſter rerum creditarum excurrens vſque ad titulum de Pignor. complectitur omnes contractus in quibus alienam fidem ſequimur. Sunt autem tria iſtorum contractuum genera de quibus tribus, hic agitur vt docuimus in quæſtione ſexta ſuper Rubrica.

15 Septimo nota quod validum eſt argumentum ab auctoritate: adeo vt non ſolum Iureconſultos prout hic ſed etiam philoſophos vt Ariſt. in legibus noſtris allegari videamus l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom.

16 Octauo nota quod vox credendi generalis

ralis eſt: patet in tex. in §. quoniam.

Nono nota, quod duo requiruntur vt ſignificatio vocis credendi adſit: Primo quod 17 dum aſſenſum præſtamus in re aliqua tractanda etiam fidem alienam ſequamur. Secundo vt omnino aliquid inde deinceps recepturi ſimus. Nam ſi aſſentiar bouem vendere tamen eodem tempore velim pretium mihi numerari nihil credidi, quandoquidem nec per horam de prætio fidem habere volui: pariter quoque ſi ipſum bouis animal liberaliter donarem in nihilo alienam fidem ſequerer: vt patet etiam Ad ſenſum & notoria probatione non indigeut l. 1. ff. de integr. reſtit. l. 1. ff. de dot. præleg. gloſſ. in l. ſi vero §. 1. in verbo notorie ff. qui ſatiſd. legat.

Decimo nota quod rei nomen generale 18 eſt, prout etiam in Rubrica ſub quinta quæſtione docuimus: vbi quod pertinet ad tranſcendentia verba.

Vltimo nota quod pro generali con- 19 ceptu animi explicando, etiam generalibus vocibus indigemus: vnde Prætorem oportuit in conceptione rubricæ generalis ad totum tractatum, voces iſtas generales rei, & credendi, aſſumere: prout inquit tex. noſter: nam voces ſunt notæ & index atque ſigna earum quæ ſunt in animo

mo conceptuum & paſsionum, Ariſt. 1.
libro de interpretatione in princ. cuius
auctoritas in iſtis eſt neceſsaria; vt com-
munis extat ſententia Bart. & aliorum
hic infra.
20 Opponitur & videtur quod perperam tex.
iſte in l. noſtra appellet titulum ſeu Ru-
bricam duntaxat illa verba de reb. cred.
quæ etiam ſola loco tituli exponuntur in
hac lege, ceteras autem voces, & clau-
ſulas ſi cert. petat. & de cert. Condict.
nuncupet ipſe tex. noſter & profiteatur
eſſe materiam verborum quæ interpreta-
tione enodari debent poſt tituli expoſi-
tionem, prout liquet in principio ipſius
tex. noſtri, & ſic titulum præſupponit ter-
minari duntaxat in illa priori dictione de
21 reb. cred. quod tamen falſum eſt, quando-
quidem tres iſtæ clauſulæ ſimul coniun-
ctæ, videlicet de reb. cred. ſi cert. pet. &
de cert. condict. conſtituant rubricam no-
22 ſtram: niger autem inchoetur poſt nomen
Vlpiani in iſtis verbis Bene eſt &c. quem-
admodum ex ipſa lectione & viſu patet.
Solus. Ideo nuncupatur titulus duntaxat
prior illa clauſula de reb. cred. quoniam
verba ſequentia ſi cert. pet. & quæcum-
que alia erant voces nigri in edicto Præto-
ris, vnde titulus vertebatur tantum in

dua-

dúabus illis vocibus de rebus creditis; ſi-
cuti liquet ex ipſo tex. ibi Ideo Prætor re-
rum creditarum titulum præmiſit; cætera
autem erant verba edicti, vt ſentit Ac-
curſ. quoque hic in ſecundo intellectu:
quem ſequitur Bart. in principio atque
etiam ſub Col. 2. verſiculo: Quæro ergo.
& Alex. numero 14. qui teſtatur quod iſte
eſt magis communis intellectus, & Hier.
Butigell. columna prima. Cum igitur per-
ſona loquens ſit Vlpianus qui floruit poſt
Prætorem ſed ante Iuſtinianum, & ante
Compilatores Pandectarum. Et propte-
rea ſit ille qui non poterat interpretari
futuram hanc diffuſiorem, & tribus clau-
ſulis contextam rubricam, multis poſteà
ſæculis natam; ſed is qui interprætabatur
edictum perpetuum Prætoris ſub illa Ru-
brica Prætoria de rebus creditis me-
rito in textu ſola illa verba de rebus cre-
ditis dicuntur eſſe titulus: quoniam
textus qui iſtud dicit ipſius Vlpiani eſt,
& quoad Vlpianum ipſa duntaxat prior
clauſula quæ hic habetur titulus erat;
† Prætor enim contexuerat volumen 21
quoddam quod edictum perpetuum nun-
cupabatur l. ſecunda ſupra de ſtat. ho-
min. & ipſo perpetuo edicto inter cæte-
ra inſcripſerat Rubricam quamdam ſim-
plicem

plicem, & generalem de rebus creditis nulla alia verba continentem vt probatur ex textu noſtro in illis verbis. Prætor præmiſit titulum rerum creditarum, & deinceps per ipſum Prætorem agebatur ſigillatim de materia commodati & Pignoris & ſimilium vt ex textu pariter noſtro ſit manifeſtum, dum in verſiculo Ideo ſub &cæt. inquit quod Prætor edixerat de commodato & Pignore ſub titulo ipſarum rerum creditarum, & liquet etiam ex Alexandro hic columna prima in præludijs ſuis; quod ſane edictum Prætoris ſuper rebus creditis volens interpraetari Vlpianus dicit Bene eſt priuſquam ad verborum interprætationem perueniamus ideſt, ad enodationem verborum nigri & ipſorum edictorum de commodato & de pignore agentium vt pauca referamus de ſignificatione ipſius tituli per ipſum Prætorem inſcripti de rebus creditis. Et quoniam etiam ipſi compilatores Pandectarum inſcripſerant Rubricam noſtram in ſui initio per eadem verba de rebus creditis, cæteras autem clauſulas videlicet ſi certum petatur & de certi condictione erant declaraturi

per alia reſponſa, ſcilicet Pauli infra in l. mutuum, & ipſiusmet Vlpiani infra in l. certi condictio. Ideo ad declarandã priorem iſtam rubricæ noſtræ partem, inſerue runt reſponſum illud Vlpiani eadem verba de reb. credit. in edicto Prætoris declarans. Hac igitur ratione euenit, vt in tex. titulus appellentur; priora ipſa tantũ verba rubricæ, tametſi cætera quoque verba quæ adijciuntur, ſpectent etiam ad iſtam rubricam, & titulum. † Quibus accedit, 22
quòd licet reſpectu tituli particularis noſtri iſtæ duæ clauſulæ ſi cert. petat, & de cert. condict. rubricam inſonent, attamen relatæ ad præcedentem clauſulam de rebus creditis ſunt initium nigri, & tractatus rerum creditarum, ex quo pronunciant contenta in præcedenti priori clauſula, non autem ſubdũt, neq; referunt excluſa ab illius complexu, neque oppoſitiue per æqualem altitudinem habent ſe ad ipſam præcedentem primam clauſulã: Vnde merito etiã Vlpiani reſponſum potuit proprie accommodari ad inſcriptionem iſtam Compilatorum, cum etiã in ipſa compilata in his Pandectis inſcriptione clauſula ſola de rebus creditis ſit quodam reſpectu titulus, & quæ ſequũtur ſint niger. Nam conſiderato tractatu de quo agitur toto, & perfecte, nempe conſiderata re-

ta rerum creditarum materia ſuper qua
verſamur.l.2.§.in tertia.C.de vet.iur.enu
cle.Et inſpecto quòd verba media,& fina-
lia huius tituli ſunt ſpecialia, ſequitur ꝙ
titulus ſolummodo conſiſtet in illis ver-
bis de reb. credit. cætera vero ſequentia
ſunt particularis mera rubrica reſpectu
huius ſingularis tituli noſtri. Verũenim-
vero quoad tractatum,& clauſulam præ-
cedentem ſunt nigri initium, & tractatus
de reb.cred.veriſsimũ principium: quip-
pe quia quotiens poſt genus ſubnectitur
nomen ſpeciei nihil aliud eſt,quã inchoa-
re expoſitionem ipſius generis, & tracta-
23 tus inſcripti; † haud aliter quàm ſi de ter-
mino animalis volueris edere tractatum,
& primum inſcripſeris rubricam de ani-
mali: Verum quoniam intentio erat ab
homine tanquam à digniori,primum om-
nino exordium ſumere: Iccirco prolixius
inſcripſiſti rubricam, videlicet de anima-
li,de homine, & de eius præcellenti domi-
nio. Poſteaque extendens nigrum dixiſti,
homo cum ſit animal rationale immorta-
li anima donatus à Deo, & conſtitutus, vt
dominetur cæteris animantibus ne tanti
beneficij immemor arguatur,ſemper Deũ
ſingulari amore adoranter colere,& ſalu-
ti animæ ſuæ operam nauare debet; pro-
fecto illa verba de homine,& de eius præ-

cellenti dominio, tametſi quoad nigrum exempli cauſa propoſitum; dicantur eſſe rubrica, tamen quoad præcedentem clauſulam de animali; quia genus ſuum dicit ipſa vox animal; dubio procul ſunt initiũ explicationis tractatus de animalibus; ex quo dum de homine ſubdidiſti, iam de animali tractare cepiſti; & ſic niger quidam eſt, atque tractandi principium, dum ad ſuperiorem clauſulam refertur. Poteſt enim idem verbum eſſe niger, ſimulq́. rubrica, & eſſe index, & indicatum, & eſſe continens, & contentum diuerſis reſpectibus, ſicut ipſa vox animal dum ad inferiora refertur genus eſt. Cæterum ſi ad ſuperiora retuleris eam, ſpecies eſt: ita vt & nomina; & diffinitiones generis, atque ſpeciei inſint, & cõuenire poſsint vni, eidemq́ue termino, dum in varios intuitus, & reſpectus ipſum terminum inflexeris, dum inquam ad diuerſa extrema relatum ipſum cernere tibi lubuerit, prout luculenter docuimus quandoq;.in repetitione noſtra ſuper rubr.ff.ſolut.matrim.& not.in l. eum qui ædes.ff.de vſucap. † Neque ſuperioribus, quæ de edicto perpetuo Prætoris tradidimus, aduerſatur obiectio illa, quòd ſi Prætor in edicto titulum, aut nigrum ſi cert. petat. inſeruiſſet fieret conſequens, quòd certi condictio ſpecialis quæ com- 24

petit pro ipſo mutuo eſſet prætoria, vt argumentatur hic Iacob. de Nigris num. 2. Cum tamen vtraque condictio certi, ſiue generalis, ſiue ſpecialis ex communi omnium ſententia ciuiles ſint. Quia vltra ſolutionem quam attulit in hac re Hier. Bu-
25 tigell. col. 1. † Reſpondiderim ipſe quod nõ inuenitur ex veritate aliqua certi cõdictio ſpecialis; ſed duntaxat generalis, prout ſuperius tradidi in rubrica; quæ ſane generalis condictio certi, ab auctoritate iuris ciuilis defluxerat antequam Prætor de mutuo edixerit: Et propterea tametſi Prætor in perpetuo edicto loqueretur, etiam de mutuo: nihilominus actionẽ Iuris Ciuilis competentem præſupponebat, & reuerenter confirmabat; nempe
26 generalẽ illam, quæ ſola inuenitur † ſtante autem prædicta noſtra declaratione ſuper textu noſtro: conſtat ꝙ vox IPSIVS, non debet exponi tantum, ideſt ILLIVS, prout gloſ. expoſuit hic: ſed quinimo vtroque modo; nempe illius, & iſtius, videlicet Bene eſt, priuſquàm ad verborum, ſcilicet edicti Prætoris, & rubricæ noſtræ in ſecunda, & tertia parte interpretationẽ perueniamus, pauca de ſignificatione illius anti qui tituli in edicto, atq; iſtius recẽtioris pſentis nři pariter tituli de rebus creditis, qui idem eſt in hac parte cũ illo, referre.

† Ab-

† Abſolutis notabilibus, atque intellectu tex. in littera ſua per oppoſitionē præcedentem. Deſcendo ad interpretationes ſcribentium, & vt facile animaduerti poteſt tractatio Interpretum principalis ſuper iſto text. verſatur potiſsimè in quattuor ſubiectis: nempe primo circa materiam rubricarum. Secundo circa quaſdã quæſtiones in materia teſtium dependentes à textu. Tertio circa ſedem argumenti ab auctoritate. Quarto circa aliquas creditorum ſpecies, de quibus quæritur, an eis propriè inſit creditoris nomen. Et cum hæc omnia promantur ex penetralibus, atque ex intimis viſceribus noſtræ legis. Ideo de ipſis merito cõmemorarunt ſuis tractationibus Interpretes: ego autem quoniam poſtrema hæc in rubrica ſuperius attigi, atque explicui: ideo aliqua duntaxat quibus aliquid addendum videtur inſeram, in cæteris ad veritatem, & probabiles, & maiores traditiones me referens: igitur Quæro principaliter priori loco in materia ipſarum rubricarum de diffinitione, quid nominis, & quid rei, & quot ſint ſpecies rubricarum, omnia hæc ſub vna quæſtione claudens, vt breuitate conſtringamus ea quæ fuſiori potuiſſemus oratione perſequi. Nam ſicut negligi non potuerunt, ita ſimul colligi decuerunt 27

runt: aliquas deinceps oportunas ſubij-
28 ciens quæſtiones. † Et reſpõdetur quoad primum cum And. Alciat. quòd rubrica dicitur à rubro, & à colore: quippe cum per rubros colores ſoleant depingi, ſeu inſcribi rubricæ, qui mos (vt inquit) à Prætorũ conſuetudine dimanauit; nempe ꝙ Prætor album ſuum literis rubris ſcriberet.
29 † Titulus autem qui ſinonimus eſt cum rubrica, quoad materiam noſtram; prout ſubdit ipſemet Alciat. inde dictus eſt ex teſtimono feſti, quòd tueatur Auctorem, & nigrum, dum nomen Auctoris indicat, nigrumq. oſtendit: Et propterea à tuendo titulns dicitur. Nam ni fallor, vt liquet; palam facere auctorem, & propterea prĕſtare ne alteri ſudores eius, & elucubrationes, atque labores accepto ferantur, nihil aliud eſt quàm veritatem nominis, & gloriæ eius validiſsime tueri; quemadmodũ quoque indicare nigrum qui ſequitur, eſt ſenſum eius principaliorem referre; Et propterea tueri ne mendoſo alicui ſenſui, & accidẽtali alicui, atque acceſſorie qualitati aſcribatur niger; & ne in adulterinam aliquam acceptionem intẽtioni auctoris contrariã deflectatur: Nullus enim eſt tractatus, qui non poſſet ad varias expoſitiones, & intentiones referri, quandoquidem eidem termino ſemper plura

inſint

inſint prædicata : mutui enim,& commodati,& pignoris, atq; emptionis enucleatio nihil aliud eſt, quàm tractatus contractuum, inſuper obligationū, proinde quoque actionum, item & pactorum, tandem præter cætera etiam eſt tractatio rerum creditarum. Dum igitur titulus de reb. cred. inſcribitur, inde fit manifeſtū quod non quatenus de contractu,vel de pactione,& obligatione,ſeu actione explicantur hoc in loco mutuum commodatum emptio,& ſimilia : ſed in quantum res creditas continet ; quia Auctor de reb. credit. agere intendit.l.2.§ in tertia.C. de veter. iur. enucle. Vnde veritatem nigri ipſa tituli inſcriptio detexit, & detegendo tuetur,ne ſcilicet mendoſis intétionibus poſſit aſcribi, & ne adulterina aliqua expoſitione,atq; nomine nuncupentur: & quod plus eſt eodem tempore etiam Auctoris tuetur intentionē, vt diximus : Quamobrem à tuendo potuit veriſsimè nomen deduci, & ſapienter imponi. Definitio autē quid rei dixerim ipſe, quòd talis proponi debeat ; nempe quod titulus, ſeu rubrica nihil aliud eſt quàm ſcripta oratio ſubſtātiam nigri indicans. † Duplex vero eſt 30
rubricarum genus : nam alia eſt ſpecialis rubrica vnius particularis tituli, vt ff. de iur.codicill. cum infinitis ſimilibus. Alia

eſt rubrica generalis plurimorum titulorum, & ſic rubrica tractatus alicuius, vt rub.de reb.cred. Hoc enim in loco oratio iſta eſt rubrica omnium ſequentium titulorum, vſque ad titulum de pignor. Et duplicem hanc rubricarum ſpeciem probe cognouerũt omnes iuris Interpretes hic.
31 † Vnde principaliter quæro ſecundo loco cum cæteris ſcribentibus qualis debeat eſſe rubrica. Nam hinc multæ, & vtillimæ in praxim quæſtiones deducuntur, vt conſtabit, & huius rei cognitio omnino neceſſaria eſt: Et huic quæſtioni reſpondet Bart.hic in primo notabili, quod rubrica debet eſſe generalis ad nigrum. Sequũtur Alex.hic in principio, Iaſ.col. 1.ſub nu.2.& demum omnes communi calculo: neque enim anguſtius coarctari debet rubrica nigro, ſed illi æqualis fieri, ita vt non prolixius excurrat, neque anguſtius arctetur.
32 † Nam ſicut definitio conuertitur cum re definita, l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal.
33 † Et qnemadmodum ratio finalis alicuius dicti conuerſim reciprocatur cum illo, vt poſita ipſa ratione ponatur dictum; eaque remota, neque inueniatur ipſum dictum
c l. ſi remunerandi. §. 1. ff. mand. & illic Bart.
34 † ita quoque conuenit, vt adequate totũ explicet nigrum rubrica; nec longius progrediatur, neque preſsius cõtrahatur, ſed
cum

cum nigro in principalitate eius conuertatur: Et hoc eſt quod annotant Bart. & cæteri iuris interpretes hic, dum inquiũt decere rubricam eſſe generalem ad nigrum, talis eſt enim clanſula iſta de reb. credit. quæ commenſuratur vniuerſæ lineæ totius nigri omnium titulorum, vſq; ad titulum de pignor. & vltra non egreditur, nec antea deficit, ita vt cum ſuo nigro æquetur, prout in rubrica indicauimus, quicquid aliter communi errore hactenus opinati fuerint iuris interpretes, qui etiam ſtipulationis, & obligationum ex maleficio tractationes ad vocem rerũ creditarum, atque ad enucleationem tractatus de rebus creditis mero iure; & quo ad vocis ſignificationem pertinere perpeperam præſupponebant, atque exiſtimabant. † Euenit tamen aliquando, ſed prę- 35
ter regulam quòd rubrica anguſtior ſit quam nigrum, vt in Authen. vt Eccl. Rom. cent. anno. gaude. præſcript. & in Anthen. null. cred. agri. patetq. ex clauſula in Authen. null. mutua. verſi. omnes. collat. 4. & ex Alex. hic nu. 3. & Iaſ. nu. 1. ſicut è conuerſo etiam vſuuenire: ſolet quandoque, vt latior ſit rubrica, quàm nigrum, vt C. de religios. & ſumpt. funer. & C. ne Chriſti mancip. quod etiam liquet ex Iacob. de Nigris, & repetentibus hic, atque ex Iaſ.

nu.

36 nu. 30. † tamen ſi genuina inſcribendarũ rubricarum lex quæratur; ſane eſt, vt ex neceſsitate conuerti debeat cum nigro inſpecta, tamen nigri principali tractatione, aut ſaltem cum principaliori ſi plura diuerſa, & ſingula principalia in ſubiecta materia explicarentur, iuxta reg. text. in l. ſi quis, nec cauſam, infra tit. noſtro, ita vt æqualitas ſpectari debeat infra rubricæ ſignificationem, & nigrum; alioquin vel imperfecta eſſe detegitur inſcriptio rubricæ ſi in anguſtiora trahatur; vel mendoſa eſſe apparet ſi prolixius protraha-
37 tur. † Neque aduerſantur exempla in cõtrarium adducta, quoniam quando aliqua ſpecialis ratio poſtulat, vt rub. inſcriptio referatur ad digniorem partẽ nigri, prout in Auth. vt Eccleſ. Rom. vel vt referatur ad frequentiores, & notiores actus eorũ, quæ in nigro habentur, aut alia ſimilis ſpecifica ratio vrgeat, tunc non propterea dicitur rubrica anguſtior nigro, ex quo niger conſiſtere ſatis intelligitur in eo quod dignius eſt, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, cap. quod in dubijs, extr. de conſecrat. Eccl. vel altar. l. quæ religioſis. ff. de rei vendic. vel in eo quod aliqua ſpeciali ratione legislator, ſeu auctor operis inſpexit, cætera verò occaſionali, & nõ æquali ratione admixta dicantur, vnde

neque

neque æqualiter ad nigrũ ſpectare, ppea
intelligãtur ea eẽ,q̃ alterius termini cau-
ſa occaſionaliter,vel vt minus digna, vel
dubitationis tollendę cauſa,ſeu non æque
per auctorem ſpectata adijciuntur, nô ve-
niunt quodammodo appellatione propo-
ſitæ materiæ,& nigri ; & non indicanda ex
neceſsitate per tituli præfationem depre-
henduntur: † Quamobrem cum niger 38
tantum ſit ille qui reſpondet rubricæ pri-
ma fronte anguſtiori, reliqua verò ſint
occaſionalia, conſtabit rubricas commen
ſuratas eſſe nigro, ſecundum rationem,
& methodum, quam ſpectari decuerat, ſi-
cut econtra quando latior eſt rubrica ni-
gro, vt plurimum, aut rubricæ inſcriptio
reſpicit inferiora, etiam quæ ſequuntur,
aut omiſſa in nigro à fortiori includũtur,
aut verba ſermonis rubricæ in anguſtiori
quadam ipſorum ſignificatione accipiun-
tur; quod declaratur per nigrum angu-
ſtiorẽ. Nam rubricæ tractatuũ inueniun-
tur,vt ſuperius patuit,& idemptitatis,vel
maioritatis ratio nigri includens caſum,
qui videtur omiſſus comprehenſio dici-
tur, vt notat ex deciſione enucleata per
Io.Franc.à Ripa in l.ſi conſtante. ff. ſolut.
matrimo. num. 64. atque eadem vox po-
teſt lætari, & generica, & ſpeciali ſigni-
ficatione l.1.& 2.ff.de adopt.l. inter agna-

tos.

tos.ff. vnde legit: gloſ. in l. 2. C. de conſtit. pecuni. Vnde tunc non propterea dicitur rubrica latior nigro, ex quo niger ſatis illud idem comprehendebat, ſed potius aliqualem nigri penes ſegnioris ingenij viros, obſcuritatem; rubricæ generalitas declarat; quod non eſt addere, ſed illuſtrare: non eſt latius porrigi, ſed declarãdo in eandem diſpoſitionis menſurã conuerti: nam qui declarat, nihil noui addit, l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtam. quocirca ſemper remanere poterit, quòd quemadmodum rubrica debet conuerti cum nigro, ita quoque in ſumma cõuerti regulariter, & propemodum ſemper inuenitur niſi in aliquo caſu limitationũ verſemur, qñ aliqua ſpecialis ratio aliud ſuaſerit, quo caſu ſubtilius repenſitata adhuc conuerſio inuenietur aliquo reſpe-
39 ctu. † Quæro tertio principaliter an validum ſit argumentum à rubrica ad deciſionem cauſarum, & Bar. hic abſolute col. 1. ſub ſecundo notabili affirmatiuam ſententiam probat, quod intelligunt ſcribentes communiori voto in rubricis perfectam oratiõé habentibus, prout in rubr. C. ne fideiuſſ. dent. & in rubr. prædicta ne Chriſtiani mancip. Tunc enim inquiunt rubrica poteſt allegari tanquã text. Bald. hic & Iaſ. nu. 13. & eſt communis opinio,

& Alex.

& Alex. num. 4. in fin. vſque adeo, vt etiam ex rub. generaliori, quam nigrum; quando inuenitur; duci poſsit etiam generaliter validum argumẽtum ad deciſionẽ cauſarum ſi orationem perfectam continet ipſa rubr. ex quo non intelligitur reſtringi per nigrum, ſed remanere in ſua virtute deciſiua Alex. hic nu. 4. † Neque obſtat, 40
quòd ex nigro declaretur rubrica, quia illud intelligitur quando rubrica eſt dubia, ſed quando eſt generalis, quia verba generalia debent generaliter intelligi. l. 1. ff. de legit. præſtan. tunc ſumus in claris quo ad rubricam, ſed niger eſt dubius ex quo omiſit in ſpecifica, vel in indiuidua expreſsione aliquos caſus; vnde debet per rubricam, in lympido veritas declarari cum genus propriè loquatur de omni ſua ſpecie Bart. hic in l. 1. noſtra. Nam dum aliqua tantum ſpecifice expreſsit; alia verò ſilentio quoad indiuiduam, ſeu ſpecificam expreſsionem tranſegit niger ille; propterea ſub deciſione generalis rubr. orationem perfectam, & deciſiuam ſpecifice cõtinentis ſua ſponte reliquit. Et ita ſentiẽdum eſt quicquid in contrarium, ſed temere attentarit Dec. nu. 2. & 3. Verior enim eſt Bart. Alex. & Iaſonis, ac communis cęterorum ſententia, quod validum eſt argumentum à rubrica continente oratio-

nem perfectam, & quod procedit etiam ſi
41 generalior ſit nigro talis rubrica. † Neq;
etiam obſtat, ꝙ rubrica ſit referens quod-
dam, & index quidam, & ad aliud ſe relati-
uā habens; & propterea nihil in ſe conti-
nens, niſi inueniatur relatum Auth. ſi quis
in aliquo. C. de edendo. l. aſſe toto. ff. de hæ
42 red. inſtit. cum ſimil. † Quoniam reſpon-
detur, quòd in quantum ea oratio pro de-
moſtranda nigri alicuius ſequentis, ſeu
qui ſequi deberet materia proponitur ve-
re index, & rubrica dicitur; ſed quatenus
orationem perfectam ex mente, & præce-
pto ſui auctoris exprimit' niger quidã eſt:
cum non ſit impoſsibile eandem orationẽ
diuerſis reſpectibus eſſe rubricã, & textũ;
qm̃ ita voluit auctor, qui duplici intentio-
ne orationẽ illã, & præpoſuit, atq; propo-
ſuit: dum alteri eius occaſione præponere,
ideſt anteponere eam voluit, tunc rubri-
cam cõſtruxit: Verum dum vt etiam per
ſe mentem ipſius ſui auctoris palam face-
ret rubricæ oratio; illam per orationem
perfectam proponit, atque pronunciat,
tunc nigrum quoddam, & deciſionis re-
43 ſponſum protulit. † Diuerſitas enim re-
ſpectus in voluntate agentis, diuerſa ſu-
per oratione ipſius tituli generauit, vt
prout ad diuerſos ſuæ mentis, animiq; ſui
intuitus referetur, ita vel rubrica, vel niger
ſit.

ſit. Haud aliter quam vox animal, eſt, vel genus, vel ſpecies, prout ad ſuperiora, vel inferiora flectitur: & hoc eſt id quod cõmuniori calculo aiunt iuris interpretes rubricam perfectæ orationis habere vim nigri; nempe quia etiam niger eſt alio quodam reſpectu in mente auctoris lateſcenti, & indicato per methodum formamq́. orationis perfectæ. † Quæro principaliter quarto ſtatutũ in rubrica in hæc verba loquitur, quòd filia dotata non ſuccedat extantibus maſculis: & deinde in nigro excludit filiam à ſucceſsione matris, & auiæ maternæ: nunquid intelligitur iſta talis filia per ſtatutum, excluſa etiam à patris ſucceſsione: & ſententiam, quòd minimè excludatur à paternæ ſucceſsionis cõmodo probauit Iacob. de Sancto Georgio, & Hieron. Butigell. hic nu. 8. Iaſon per ſex fundamenta num. 7. Pro qua ſententia pugnat, † quia lex municipalis, & recentior, quæ poteſt intelligi, vt corrigat ius commune in vno, vel in duobus; in dubio interpretatione declaratur, vt corrigat tantum in vno Hieron. Grat. conſi. 164. vol. 2. col. 1. Eſt enim regula iuris qđ ſemper fit interpretatio, vt lex correctoria minus corrigat ius commune, quam ſit poſsibile, l. præcipimus. C. de appellat. l. ſancimus. C. de teſtament. ſed iſtud ſtatu

41 42

tum

tum poteſt accipi, vt corrigat tantum in vno: nempe circa lineam maternam de qua loquitur: ergo non debet extendi, vt corrigat in duabus; & ſic etiam in linea paterna de qua in nigro haud loqui vo-
46 luit. † Secundo quia eatenus diſpoſitio legis extenditur, quatenus verba ipſius legis porriguntur, l. quod conſtitutum. ff. de milit. teſtam. & vbi deficiunt verba legis, ibi quoque deficit ipſius legis deciſio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. Lex autem eſt ipſe niger, non autem rubrica, quæ præfatio dicitur futuræ deciſionis, & ſignum;
47 ergo &c. † Tertio quia rubrica de qua agimus non hebet orationem perfectam; quippe cum decidat excludi filiam dotatam à ſucceſsione, nec dicat à cuius perſonæ hæreditate, & ſucceſsionis lucro excludatur, quod per nigrum declaratur; vnde niger erit ſpectandus, non autem rubrica, quæ obſcura eſt, ſi non poſitiue ſaltem comparatiue ad nigrum notiorem; & propterea non debet notius declarari per ignotius, id eſt niger pe rubricam, ſed quinimo rubrica ignotior per nigrũ multo clariorem, vt penſitauit etiam hic Hieron. Butigell.
48 † Scimus enim, quòd poſitiuum comparatum ad magis tale, dicitur non eſſe tale, vt notatur in cap. diſciplina 45. diſtinct. & ibi gloſ. & in l. qui liberis. ff. vulgar.

vulgar.& Accurſ. in l.penult. ff. de iuſt. & iur.Chriſtof.Port.ĩ princ.inſtit.de teſtam. & propterea rubrica hæc etiã ſi in ſe lympida eſſet, & perfecta: tamen comparatiue ad nigrum nitidiorem,& perfectiorem dicitur obſcura, & imperfecta, vnde per nigrum debet declarari, non autem contra nigrum decidere. † Quarto quia ge- 49
neri per ſpeciem derogatur, cap.generi. de reg.iur.in vi.l.in toto iure.ff.eod.ſed niger de ſpecie loquitur, nempe de illa ſucceſsione, quæ materna eſt: ergo derogat generalitati rubricæ. † Quinto quia non 50
eſt validum argumentum,quòd lex municipalis excludens filiam dotatam à ſucceſsione quãdo vnum adeſt vinculum, intelligatur etiam eandem excludere, vbi duo ad fauorem filiæ vincula adſunt,§.ſed hodie, inſtit. de adopt.l. baliſta. ff. ad Trebell. cum ſimil. Sed ſic eſt, quòd quemadmodum animaduertit Dominus Hier.Butigell.hic pro filia quoad paternam hæreditatem, pugnat vltra filiationem etiam qualitas ſuitatis, quæ in matre non inuenitur,quia matres non habent filias in poteſtate, ſicut pater, l.in ſuis. ff.de liber. & poſthum.§.ſui autem,& §.cæteri,verſ.qua de cauſa,inſtit.de hæred.qualit.& diff. ergo non debet cenſeri excluſa huiuſmodi filia à ſucceſsione patris: & hæc videtur

eſſe ratio illa diuerſitatis quam conſide-
51 raſſe potuit ſtatutum. † His tamen parũ refragantibus contraria ſententia,quæ & communis eſt,longe probabilior eſt & veritati innititur, quam probauit Paul. de Caſtr. conſ. 333. Alex. conſ. 80. & hic in l. noſtra ſub nu.4. Philip.Corn.conſ.67. vol. 1.& Socin.conſ.128.. Iacob. de Nigris hic nu.7.& nu.12.vbi de communi teſtatur, & Andr.Alciat. circa princip.etiam in l. hac noſtra, vbi pariter frequentiorem eſſe ſen
52 tentiam teſtimonium dicit. † Nititurq́. hæc ſententia, primo auctoritate text. & rubr.C.ne Chriſtiani mancip.hæretic. vel
53 Iude. † Secundo quia quando dum aliquid deciditur, aliud præſupponitur tanquam limpidum; tunc non dicitur excluſum, licet tacitum: quia terminus omiſſus,quoniam in clarioribus verſatur, non intelligitur excluſus,ſed incluſus, vt not. in auth.multo magis.C.de ſacroſanct. Eccleſ.Et quia vt per ſe patet præſupponi eſt contrariũ excluſionis:ſed ita eſt ꝙ de patre omittitur in nigro ſtatuti, q̃a in apertiorib. verſabatur, & de matre: ideo dicit̃, quia longa dubitabilitas erat, † q̃nquidẽ
54 paternũ officiũ ſit dotare filiã,nõ autẽ maternũ,l.fi.C.de dot. prom. Vnde ſi excludi decidebatur à matris ſucceſsione, q̃ non dotauit; & quidẽ generaliter, ac expreſ-

ſim

ſim ſemper : & propterea etiam dum non dotauit ; iam facile intelligi poterat à fortiori, quòd à patre, qui dotauit excluſa erat : prout etiam in puncto conſiderauit Petraſancta ſingulari 7. Ergo includi dicitur in nigro etiam reiectio à paterna ſucceſsione ; quippe cum teceatur, quia præſupponitur, vt quid clarius ; & de matre tantum decidatur, quia talis caſus multo difficilior erat, & perplexiore difficultate obſcurius, atque incertus. † Tertiò quia 55
ſtatuta huiuſmodi dicuntur fauorabilia, vt perpendit luculenter hic Iac. de Nigr. nu. 10. & propterea extendenda c.odia de reg.iur.in vj.cum ſimil. † Quarto quia aut 56
dicimus, quòd huius ſtatuti niger debeat intelligi, vt ita demum filia dotata excludatur à ſucceſsione matris ſi per matrem dotata fuerit iuxta text.& communẽ ſententiam;de qua ibi in l.vt liberis. C.de collation. aut quòd propter expreſſa,& prægnantia verba filia etiam ab alijs dotata excludi præcipiatur per ſtatutum ab ipſa hæreditate materna : & ſane vtroque caſu ſemper multo vehementius idem dicẽdum eſt quoad ſucceſsionem paternam. Nam ſi loquamur in priori caſu, profecto ſi pater dotauit cur non excludatur ab eius bonis, quemadmodum quãdo dotem dederat mater, nemo enim in neceſsitate

liberalis exiſtit,l.rem legatam.ff.de adim. legat. quo fit, vt cum minori liberalitate, dotem dederit pater qui cogebatur, quã mater quæ non tenebatur: vnde ſi lex municipalis repugnante matris liberalitate, & animo quæ liberaliter dotauit,& ſic donauit,excludit filiam ab hæreditate eius: ergo facilius excludere poteſt, & prçſumitur à patris hæreditate,qui vel inuitus dotem præſtare coactus fuit: quòd ſi verſemur in ſecundo caſu in quo animaduertimus,quòd ſtatutum excludit filiam a ſucceſsione matris,quę illi nullam dotem dedit,quanto magis excluſiſſe eandem intelligitur ab hæreditate patris dotantis d.l.
57 fin. C. de dot. promiſſ. † Neque obſtant contrariæ argumentationes, quia ad primam reſpondetur,quòd non ſumus in dubio, ſed in claris, quippe cum nihil interſit, an de mente legis conſtet per verba ſpecifica, an per maioritatem, vel idemptitatem rationis Auth. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccl.& l.illud.ff.ad l.Aquil. Quamobrem ſi lex municipalis voluit in vtroque caſu, & paternæ, & maternæ ſucceſsionis ius commune corrigere, quod liquet in nigro per argumenta à fortiori ducta, & in rubrica per verba limpidiſsima,merito à nobis non debet ipſa lex mu-
58 nicipalis reſtringi. † Ad ſecundam ra-
tionem

ti onem reſpondemus, quòd longius imo di uagatur diſpoſitio, quàm verba loquan tur,& non deficit eiuſdem deciſionis effectus, tametſi verba legis deſint, ſi rationis maioritas, vel idemptitas ita expoſtulét, vnde dicimus quòd validum eſt argumen tum ab idemptitate, & à maioritate rationis d.l.illud,& d.auth. multo magis: & quòd ratio generalis extendit diſpoſitionem ſpetialiter loquentem, l.penult.§.fin. ff.de iur.& fact.ignor. † ita vt verius comprahéſio, quàm extenſio dicatur Io.Frāc. à Ripa in d.l. ſi conſtante.ff.ſolut. matrim. nu.64.& circa. † Eſt enim ratio anima, & mens legis,l.cum mulier.ff. ſolut. matrim. ſiue ſcripta ſit in lege,ſiue tacita,dummodo ſola principaliter reddi poſsit,l.quamuis.C.de fideicommiſſ.& ibi glo.ſed in hoc ſtatuto ſola illa poteſt principalius ratio ſpectari cur ita ſtatutum mulieres excludat. nempe fauor maſculorum: ergo idem in vtroque caſu dicendum eſt; cum qua de cauſa reticuerit de patre in promptu ſit cognoſcere, nempe quia caſus facilior erat, & per argumentum à fortiori etiam ductum de ipſo nigro,deciſus. Et ita limitantur regulæ contrariæ, quæ ſumuntur ex d.l.quod conſtitutum.ff. de milit.teſtament.& in l.4.§.totiens.ff.de damn.infect. † videlicet, vt non vendicent ſibi locum 61

(margin: 59 beside "ff.de iur.& fact.ignor.", 60 beside "nu.64.& circa.")

quotiens par, aut ſimilis, aut eadem, aut maior ratio admonet latius porrigi, vel anguſtius coarctari diſpoſitionem, quàm
62 verborum ſonus menſuratus ſit. † Ad tertiam argumentationem reſpondetur, ꝙ imo rubrica cõtinet orõnẽ pfectã, vt perpendunt hic Philip. Dec. & plurimi. Nam quàm optime aperit a quibus perſonis, ne ſuccedat illis, excludatur filia dotata, nempe quod à patris & matris hæreditate repellatur quando vox filia eſt relatiua ad vtrumq; quippe cum filiationis nomen ad parentum nomen relatiue opponatur & parentes intelligantur tam mater, quã pater l. ſexto gradu §. admonendi infra de gradu affirmat. Vnde poſito expreſsim Vno ex Correlatiuis videlicet voce filia in oratione Rubricæ, etiam eius correlatiuum poſitum intelligatur, & ſic vox parentum: glos. in Rubric. C. eod. tit. noſtro & ſcribentes ſuper communi traditione in Rubrica iſta, quare perinde eſt ac ſi rubrica expreſſe in hæc verba loqueretur quod filia dotata à parentum ſucceſsione ex tantibus maſculis excludatur.
63 † Et ſane quantum in ima & ad quem vſq; gradum deſcendere intelligetur nomen filia tantum in ſuperiora aſcendere nomen parentum accipiendum erit propter vim correlationis qua nulla maior,

† cum

† cum relatio ſuum eſſe formale ſumat 64
in reſpectu ad aliud correlatiuum extremum; & relatiua non viuant in ſe ipſis ſed in ſuis oppoſitis relatiue extremis; vt conſtat ex Philoſopho in tractatu de ipſis. Igitur perfectam orationē continet rubrica & per ſe decidit vt patet ex rubrica C. ne Chriſtiani mancip. & inſuper declarat nigrum apertius; vt quod à fortiori niger decidebat etiam vere ita ſe habere, per rubricæ generalitatem demonſtretur.

† Ad quartam rationem reſpondetur 65
quod quando ſunt è diametro oppoſita genus & ſpecies ita, quod quicquid affirmat genus negat ſpecies tunc generi per ſpeciem derogatur in eo caſu in quo ſpecialis ipſa diſpoſitio contradicit; & eſt limitatio quædam & ſic derogatio: ſed quotiens diuerſa ſunt non autem contradictoria in ſermone directo: Et ſicut ſæpe contigit, genus genericè loquitur, ſpecies autem ſpecifice; vel vt dictum eſt in ſenſu directo non contradicit ſpecialis diſpoſitio generali: Tunc tantum abeſt vt generi per ſpeciem derogetur, vt quinimo genus in ſuo genere relinquatur ad effectum, vt diſponat etiam in cæteris ſpeciebus & ſpecialis prouiſio remanet tantum in caſu ſuo incluſo etiam ſub re-

66 gula generis minime limitati; † Et ratio eſt quia argumentum à contrario ſenſu non valet quando reperitur deciſum contrarium in iure: ſcribentes in l. 1. ff. de
67 offic. eius cui mand. eſt Iuriſd. . † Neq; enim locus eſt ſenſui contrario vbi adeſt directus, ſed ſpecialis prouiſio loquens in ſuo caſu ſpeciali id, quod genus ponit generalius in ſuo caſu generali per ſenſum directum non poſſet illi contradicere niſi per argumenta à ſenſu contrario, qui contrarius, ſenſus ceſſat quando adeſt dire-
ctus; Merito remanet generalis deciſio inuiolata, & declarans ſpeciem, vt etiam generaliter illud intelligatur: non autem limitetur per ſpeciem, quæ in ſenſu dire-
68 cto nequaquam contradicit. † Ad quintam & vltimam partis aduerſæ rationem reſpondetur quod duo Vincula & ſexcenta Vincula nihil plus operantur quam vnum: quando non ſunt conſiderabilia in eo effectu de quo agitur; Vnde frater vterinus & conſanguineus minime præfertur conſanguineo tantum fratri in feudis: quoniam in illis vterinitas non ſpectatur, ſed duntaxat conſanguinitas Io. Franc. à Ripa & cæteri in l. re coniuncti ff. de leg. iij. circa princip. Ergo nihil ad rem quod etiam qualitas ſuitatis inſit filiæ, quoad patrem, quoniam ſtatutum exclu-
dit

dit eas fauore maſculorum. Et quia dotatæ ſunt: quæ ratio præponderat defectui ſuitatis fœminine quæ extinguit in ipſa filia agnationem; Vnde non eſt qualitas in iſto effectu conſiderabilis ſuitas; ſed fauor agnationis & maſculinitatis: † quamobrem etiam animaduertimus ſæpe quod 69
vna ratio vincit duas vel plures, gloſ. in l. Nam etſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. † nimis autem abſurdum eſſet excludi 70
filiam dotatam ab hæreditate matris non dotantis vel ex liberalitate mera dotantis, non autem excludi ab hæreditate patris dotantis & per neceſſe dotantis etiã ſi nollet l. fina. C. de dot. promiſſ. Vnde magis releuandus quam mater, † quoniam ille qui magis oneratur, ſeu affligitur magis releuari debet vt not. in l. eum qui ff. de iur. iuran. Hæc autem tanti eſt vt præponderet contrariæ rationi, quod qualitas ſuitatis ineſt filiæ quoad patrem; quid enim operari poteſt ſuitas fœminæ vbi fauor agnationis & conſeruandi nominis familiæ contradicit, ſane nihil præſertim quia & ratio vitandæ abſurditatis concurrit vt excluſa intelligatur fœmina à fortiori etiam ab hæreditate paterna; ita vt ſi numerus vinculorum ſpectandus ſit, etiã hic (ſi accuratius intueamur) plura vincula & vrgẽtia ſpectẽtur. † Quinto 72

prin-

principaliter quæro deſcendens ad materiam teſtium an teſtis poſsit interrogari quid ſit ea res ſuper qua teſtificaturus eſt; vt ſi de mutuo controuerſia vertatur, an interrogetur iuſte quid ſit mutuum: ita vt reſpondere huic interrogationi eidemq; ſatisfacere teneatur; & attende (ne clam te ſit quo pacto hæc teſtium materia inſeratur per Bart. & ſcribentes hic) meminiſſe intueriq; debes, quod lex ſeu textus quilibet dum reſpondet quæſtioni dubiæ teſtimonium dicit de veritate dictaminis iuſtitiæ & de iuris deciſione ſuper ipſo facto, & quæſtione propoſita; atq; in ſimili teſtis dum teſtificatur eſt tamquam lex quædam & textus inrefragabilis, ſecundum quem Iudex compellitur proferre ſenten-
73 tiam. † Neque enim ſecundum propriam conſcientiam ſed ſecundum probata tenetur quis iudicare, ita vt non modo ſonu dictionis, ſed re etiam teſtis & textus mira affinitatis cuiuſdam ſimilitudine innectantur ſimul, & taliter vt quicquid in vno reſpondendum ſit de iure; illud idem etiam ſuper alio iuſtitiæ ratio re-
74 ſpondeat. † Quamobrem cum tria in materia legum ſeu textuum proponãtur hic; etiam ad tria principaliter in ſubiecto teſtium, lucerna ciuilis diſciplinæ Bart. deduxit. Dum igitur in verbo bene eſt

alioquin ſecūdnm alias lecturas ex re eſt, notatur quod ea quæ aliquo modo ad rem pertinet inſeri conſueuerit in Reſponſis textuum, trahitur in quæſtionem & deciſionem, quod teſtis ſi quid extra materiam articuli dixerit, dummodo aliquo modo illi adminiculetur non dicitur nulliter teſtificari, ſed valide atq; vtiliter Bar. hic col. 2. verſ. & hoc facit Philipp. Dec. nu. 10. in fin. & eſt communis opinio ſatis enim eſt quod vel modicum ad rem pertineat; ad materiam articulumq; ſpectet id quod teſtis digreſſus adijcit Iaſ. hic n. 44. quod ſane quam veriſsimum eſt. † Dum 75 autem in tex. Vlpianus circa finem arguit ab authoritate Celſi: quærunt, an ſicut in textu argumētantur ab authoritate Iureconſulti ita in ſuis depoſitionibus teſtis ab autoritate poſsit ducere teſtimonij ſui fundamentum & confirmationem de qua re inferius erit agendum. † Dum vero 76 textus noſter circa ſuum principium arguit per entimema omittitq; maiorem, quæ verſabatur in eo, quod ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis, idem excitant in quæſtionem ſuper teſtibus, nempe an omittere poſsint maiorem vt dicentes ſcio, quia vicinus ſum & an in ipſis debeat præcedere cognitio huiuſmodi generica; Et propterea

an poſsint interrogari in genere quid ſit ea res ſuper qua teſtimonium ſunt dictu-ri, nempe quid ſit mutuum dum de mu-tuo controuertitur; quæ ſane diſputatio eſt ea de qua in hac præſenti quæſtione age bam, vnde illuc reflecti cernimus ſermo-nem, vnde egreſſus erat: Et ſane reſpon-dendum eſt affirmatiuè cum Bart. hic col. 3. verſic. & hoc induco, quem ſequitur Philipp. Dec. n. 11. & eſt communis ſen-
77 tentia. † Debent tamen tria ineſſe quia Iudex interrogando quid ſit; Vnum po-teſt: aliud debet: tertium compellitur etiam ſi nolit præſtare; Poteſt enim per amplitudinem ſuæ authoritatis interroga re quid ſit ea res ſuper qua teſtificaturus eſt is qui producitur in teſtem: Debet ta-men id non cauilloſæ, ſed diligenter, non curioſius, ſed per vigilantiam modeſte cu-rare, vt ſcilicet perpendat an teſtis intel-ligat materiam ſuper qua teſtimonium eſt dicturus, non autem, vt ipſum deter-reat, & per inuolucra torqueat, atq; à teſtificationis fructu & veritate depellat: Tenetur autem ex neceſsitate admittere quamcunq; vel rudiorem teſtis reſpon-ſionem, quæ facti declarationem non au-
78 tem iuris diffinitionem afferat: † Nam ſi de iuris definitione intelligeretur neq; poſſet Iudex de ea teſtem interrogare, cum

cum ſi ipſe qui peritiſsimus eſt interrogaretur quid ſit poſſeſsio, aut quæ ex definitionibus poſſeſsionis verior ſit, aut quid ſit mutuum per eſſentialem diffinitionem generis magis proximi, quod proximam veramq; materiam exprimat, & duarum differentiarum, quæ formam explicent, nec facile reſpondere poſſet, aut reuerenter dixerim nec ſciret: Omnis enim diffinitio in iure periculoſa eſt l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. Et apud Philoſophantium Achademias etiam non apprime multæ inueniuntur genuinæ & veriores: † 79
cum ſi vera haberetur rerum definitio ex genere & vna tantum differentia conſtaret vt animal rationale; non autem ex duabus differentijs: quia vna eſt materia & vna eſt forma non autem vnica eſt rei materia. Et formæ duæ: Et tamen dicimus quod eſſentualis diffinitio debet conſtare ex genere & differentijs Bart. & communis traditio in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. 1. ff. de teſtam. & Hieron. Cagnol. in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. & ò beatos illos qui has definitiones vnico ſuo genere & duabus ſuis ſubſtantialibus differentijs contentas atque expreſſas inueniunt: † non deſunt tamen plurimæ in iure noſtro tales, & etiam ex his quæ con- 80
ſtant ex vno ſuo genere & vnica ſua diffe-

ventia formali, vt ſi quæras quid eſt contractus & reſpondeas eſt pactum veſtitum prout in noſtra Repetitione rubricæ ff. de verb. obliga. docuimus. Nam ex veritate non deſunt in iure noſtro definitiones, quam veriſsimæ, ſed vix ſapientiſsimis no-
81 tæ non autem à teſtibus requirendæ: † Quod autem dicitur quod omnis definitio in iure periculoſa eſt omiſſa vera reſponſione, quod vox diffinitio exponitur id eſt deciſio quia in illo titulo de reg. iur. colliguntur omnes deciſiones iuris principales: adhuc in d. l. ipſe Reſpondeo quod dictio omnis intelligitur regulariter, non autem vniuerſaliter, quia ſæpe dictio omnis pro regula poniturl. Gaius ff.
82 de leg. 2. † Imo ſi verum amamus dum dicitur, quod omnis definitio periculoſa eſt in iure non eſt intelligendum in iure ciuili magis quam in cæteris plurimis ſcientijs, ſed quod imo omnis ſemper diffinitio periculoſa eſt in iure ſcilicet definiendi, quia vix ius, & vera methodus definitionis genuinæ tradendæ ſeruaueris, in quacumq; ſcientia verſeris, dum eſſentialem nitaris definitionem rei afferre; Vnde omnis definitio in iure & methodo
83 definiendi periculoſa eſt, † non tamen quia periculoſa ideo falſa, & non legitima; cum non ſemper id cui imminet ruina

aliqua

aliqua propterea præceps fertur in illud diſcrimen, neque omne quod periculoſum eſt ſemper labitur; adſunt igitur in omni ſcientia & in Ciuili diſciplina etiam præcipuæ ſuæ definitiones & principia, ſed non à teſtibus vt dicebam per iſtam quæſtionem, quod quid eſt inquirenda, niſi vt facti rudem expoſitionem afferant tamquam ſignum quoddam quod rem de qua dicturi ſunt eatenus quatenus ruditer in facto ſit, intelligant; vt de ea loqui & ſuper ea teſtificari valeant. † ¶ Sexto 84
principaliter quæro quid ſi teſtis interrogatus quid ſit mutuum; ſatisfecit per rudem quamdam expoſitionem facti prout tenetur cum vltra ad aliud non teneatur, Et deinceps item interrogatus, quid ſit ipſum mutuum reſpondiderit ſe neſcire an probet eius depoſitio an repellatur, tamquam ſibi ipſi contrarius ſit. Et verior eſt ſentētia, quod huius teſtis dictum concludens eſt, propterea quod dum dicit neſcire exponendum eſt id eſt alio modo quam ſuperius dixerit, Alex. hic nu. 15. Iaſon. nu. 14. & ſeq. Io. Franc. à Ripa nu. 34. Iacob. de Nigris nu. 24. & 25. Philip. Decius nu. 13. & eſt communis opinio. Quando enim contrarietas teſtis eſt apparens, ſed non vera nec certa. Tunc non ſo-

ſolum ad finem euitandi periurij & pœnas
85 falſi, † ſed etiam ad effectum probandi & concludēdi in facto ſit cōcordia Dominus de Ripa dicto nu. 34. Quæ ſane ratio huius concluſionis ſatis arridere poteſt, nec tamen minus aſſentiendum eſſe reor alteri rationi quam proponit Philipp. Dec. hic nu. 13. dum inquit quod ideo probat hic teſtis quoniam nulla eſt contrarietas cum nemo præſumatur ſe ipſum incontinenti corrigere. Vnde veriſsime ita in eſſentia loquutus fuit huiuſmodi teſtis prout per Alex. & communiorem ſententiam exponitur. Eſt enim contrarietas ſi quis pœnitus introſpexerit duntaxat in verbis, ſed non in ſenſu: in cortice & ſonu ſermonis ſed non in medulla & intellectu locutionis, vnde non ſumus in aperta & certa contradictione quæ violenta cōtorcutione verborum, atq; extraordinaria quadam diuinatione pro concordandis
86 dictionibus indigeat. † Illa enim duntaxat ad finem euitandi pœnam falſi admittitur: ſed ſumus in exteriori quadam pænes ſonum verbi contrarietate, verum intra medullam ſermonis probe noſcendam veriſimillamq; conuentionem; vnde ad finem probandi debet huiuſmodi concordia fieri, & omnino ſumi, quia ſicut
adeſt

adeſt aperta quoad corticem ſermonis
contrarietas, ita ineſt à iure præſumpta
intra viſcera loquutionis concordia pro-
pter rationem Philippi Decij, & ſic ſumus
in contrarietate verbali dubia & non lim-
pida neque certa. † Ergo ad finem pro- 87
bandi facienda eſt in depoſitione concor-
dia. † ¶ Septimo principaliter quæro 88
quid ſi Teſtis interrogatus de cauſa ſcien-
tiæ reſpōdeat entimematice vt quia inter
rogetur quomodo ſciat reſponderit quia
ſum vicinus, omiſit enim maiorem pro-
poſitionem quæ ſe habet quod vicem prę-
ſumuntur ſcire facta vicinorum l. acturi
ff. vnde cognat. c. quoſdam & ſeq. extra
de præſumption. cum alijs pluribus hic
congeſtis per Bart. An concludens hæc
ratio dicti intelligatur in ipſo teſte ita vt
probatio efficax ſit, & verior eſt ſententia
quod dictum teſtis qui per huiuſmodi ra-
tionem firmatur concludit & probat atq;
ita docuerunt Bart. hic Abb. quæſtione
tertia colum. 4. Salic. Fulgoſ. Ludouic.
Roman. Alex. col. 6. nu. 23. Iaſon. nu. 24.
& Io. Franc. à Ripa nu. 55. & eſt commu-
nis opinio quicquid in contrarium ſenſe-
rit Bal. Angel. & Paul. de Caſtr. hic &
Imol. in c. litteris de præſumptio. Nam
retenta veriori hac atq; frequentiori ſen-

tentia Reſp. ad obiecta quod dictum teſtis ſatis eſt quod præſumptiue concludat. Siue enim per neceſſe ſiue præſumptiue concludat ſemper validum & efficax eſt l. non nudis & l. non epiſtolis & illic gloſ. C. de probation. l. non hoc C. Vnde cognat. cum ſimil. Et hæc nunc hic ſatis ſint.

L. Lecta ff. ſi cert. petat.

LECTA. Pro huius apprime magiſtralis Reſponſi intellectu tria principaliter præmittenda ſunt. † Primo 1
quod in via iuris ciuilis nempe ſecundũ mediam iuris prudentiam (quoniam alioquin apud omnes indubitatum eſt vſuras omni iure prohibitas eſſe & velut iniquas, & intrinſecæ malas damnandas) quatuor modis deberi dicebantur vſuræ; nempe † ex mora propter 2
moram vt in iudicijs bonæ, fidei in quibus ex mora debentur vſuræ, l. mora §. in bonæ fidei iudicijs infra de vſur. † Ex 3
mora propter ſtipulationem vt in Contractibus ſtricti Iuris, quando fit ſtipulatio vt à die more debeantur vſuræ l. noſtra §. ſi die: † exſtipulatione propter 4
moram, vt quando ſi interuenerit mora ſtipulamur nobis etiam in præteritum ex die initæ ſtipulationis vſuras præſtari §. ſed & ſi quantitatem: eadem l. noſtra, tandem † ex ſtipulatione propter ſtipula- 5
tione vſuræ debentur quotieſcumq; ſimpliciter quis ſtipulatur vſuras à die initi principalis Contractus l. item quia §. fin.

ſupra de pact. & conſtant iſta ſubſtantia-
liter hic per Alex. nu. 10. & ex Bart. col.
3. verbo oppono dicitur hic quod vſuræ,
& ſatis ex gloſſ. in verbo quo poſt ſoluam
in fi. & ex Hier. Burtigell. num. 19.
6 Secundo eſt præmittendum, † quod
vſura, centeſima eſt illa quæ centeſimo
7 menſe æquat ſortem, † quod eſt dici ad
rationem duodecim pro centenario ſin-
gulis annis, quæ etiam vſura menſtrua,
appellatur: duplici hoc nomine & men-
8 ſtruæ & centeſimæ nuncupata, † quo-
niam cum ſingulo quoq; menſe, centeſi-
mam partem ſortis principalis præſtet
nempe ſingulum denarium pro ſingulo
centenario, & ſic centeſimam partem to-
9 tius quolibet menſe, merito † à menſe
menſtrua & à centeſima parte totius ſor-
tis, nomen centeſimæ vſuræ ſibi vendica-
uit: prout egregie enucleauit Hier. Groſ-
lot. hic à nu. 3. vſq; ad num. 35. ſed etiam
Soc. Senior in l. 3. §. fin. infra ad leg. falc.
ita quandoq; centeſimam vſuram expli-
cuerat, ſcilicet vt ea intelligeretur quæ
per ſingulos annos duodecim denarios
præſtat pro quocumq; centenario; hinc
D. Andreas Alciat. infr. in l. eius qui in
Prouincia dicit quod centeſima vſura eſt
10 quæ centum Kalendis æquat, ſortem †
Hæc autem cẽteſima vſura poterat dup-

plari

plari in nautico fœnore l. nihil intereſt. §. quod in ſingulorum infr. de naut. fœn. † 11 itaq; nautica vſura vſq; ad rationem viginti quatuor pro centenario poterat præſtari, † ſed terreſtris vſura ideſt ea 12 quæ non verſatur ſuper traiectitia pecunia, quoniam transfretandi periculum nullum ineſt, nonniſi ſimplicem centeſimam continere poteſt; & hoc inſpecta media Iurisprudentia: † Verum Iuſti- 13 nianus Princeps Chriſtianiſsimus ſanciuit in l. eos C. de vſur. quod in transfretandis mercibus & ſic in vehenda transmare ſorte principali poſsit deberi duntaxat ſimplex centeſima, † ſed in vſura 14 quæ non eſt nautica tantum præſtari valeat triens Illuſtribus perſonis & quibuſq; alijs qui maiori præter ipſos rutilant dignitate vt perſonis ſuper Illuſtribus quemadmodum illic exponit etiam Accurſ. † 15 Mercatoribus autem Bes. † cæteris vero 16 omnibus ſemis. ita ut terminum profixerit vſuris † vt non niſi in traiectitijs pecu- 17 nijs centeſimas vſuras promittere poſsimus: ſed in terreſtribus aut † Beſſales 18 vſuras, id eſt ad rationem octo pro centenario Mercatoribus: † vel ſemiſſes vſu- 19 ras hoc eſt ad rationem ſex pro centenario regulariter omnibus † aut trientes 20 vſuras tantum ſcilicet ad rationem qua-

tuor pro centenario viris Illuſtribus & maioribus & de ipſis trientibus vſuris loquitur tali vtens nomine etiam tex. in l. 3. §. fi. infr. ad leg. falc. quem tex. expendit hic idem Hier. Groslot. qui plurima notatu digna congeſsit : & de ſemiſsibus quoq; vſuris meminit Affrican. in l. qui negotia infra mandat.

Tertio præmitti plurimum expedit &
21 omnino ſciendum eſt, † quod in pactis nudis quæ poſt contractum iniri ſolent, dum quæritur quid operentur ipſæ pactiones circa ipſos Contractus quos reſpiciunt, tunc quinq; termini conſidera-
22 tione dignisſimi depræhenduntur † nempe primo transformare, Secundo refor-
23 mare, † tertio Informare quarto ineſſe & tamen neq; transformare neq; reformare neq; Informare, Quinto è contra haud ineſſe &pariter neq; trãsformationis neq; reformatiõis: neq; informationis effectũ
24 producere:† Trãsformare eſt formã Contract⁹ directæ attingere & contractũ in alterius contractus aut pacti formam traducere prout inferius exemplo, & aucto-
25 ritatibus demonſtrabitur . † Reformare eſt in piguiorem latitudinem diſtendere aut in anguſtiorem compræhenſionem retrahere præcedentem contractum, ipſius materialia tantum attingendo, non

autem

autem formam; quia forma non ſuſcipit plus vel minus Bald. in l. vltima col. 2. C. de ſuis & legitim. & Franc. Nicorit. vbi multa luculenter exempla affert in rub. inf. de ope. nou. nunciat. n. 43. ita vt ſi vel in capillo forma mutetur non eadem res ſit, neq; idem Contractus permaneret, vnde eſſet vel diſſolui præcedentem contractum vel non ſolum ſolui, ſed etiam in alium transformari: † Informare eſt extendere implere augereq; præcedentis Contractus actionem quod contigit quando † pactum ampliatiuum ſuper accidentalibus ipſius præcedentis Contractus celebratur, & per ipſam pactionem contractui aliquid adijciendo accumulatur, & propterea efficitur vt illius actio, ipſam augẽdo & ſic informãdo ad deducta in pactionem extendatur l. Iuris gentium §. Quinimo ſupra de pact. † Ineſſe & tamen non transformare nec reformare neq; informare eſt pactum limitatiuũ ſeu detractiuum ſuper ipſis accidentalibus adhibere † neq; intereſt in hoc caſu pacti detractiui an ex interuallo an incontinenti adhibeatur tale pactum quia adhuc ſemper ineſſe dicitur l. pacta conuenta in princ. infr. de contrahen. empt. † Vſq; adeo vt etiam ipſo iure operetur pactio detractiua quamuis ex interuallo adiecta fue-

26 27 28 29 30

rit ſi ſumus in committendis, non autem in commiſsis, vt quia agatur de incurrenda mora, & hoc eſt id quod dicit I. C. hic in text. noſtro in verſi. tamen vſurarum obligatio ipſo iure non committeretur, & patet ex Bartol. col. 4. ibi oppono dicitur hic & ex communi traditione ſuper articulo iſto de commiſsis & committendis atq; ex Andrea Alciat. hic in princ.
31 col. 2. ibi & in his diſtinguitur. † Verum enim vero in ijs quæ commiſſa ſunt nempe in obligationibus natis & pure iam firmatis ex præcedenti Contractu ſine dependentia à futuro euentu, & ſic quando verſamur in commiſsis; tunc differentia
32 eſt, † quia ſi ex interuallo interponatur, talis pactio detractiua operatur ſuum effectum producendo tantum exceptionem
33 ſuam; † verum ſi incontinenti fuerit adiecta tali caſu ipſo Iure & abſolutæ ſemper minuit actionem præcedentis Contractus
34 quo ad ipſa detracta: † Et hoc eſt id quod intendit tex. noſter in verſ. conuenit iuncto verſ. Dicebam ibi pacta incontinenti facta ſtipulationi ineſſe & verſ. ſed cum ſortis ibi quamuis ſententia diuerſa obti-
35 nuerit. † Et ratio eſt cur ineſſe dicatur etiam ſi ex interuallo apponatur; quia ex quo detrahit ſufficit ad intentionem exceptio, vnde fit conſequens quod quādo

cre-

creditor in futurū aget virtute præcedentis contractus ad omnia in ipſo Contractu comprehenſa, & ſic etiam ad illud quod detrahit nuda pactio ex interuallo, appoſita; tunc debitor excipiet de pacto interpoſito † quod producere exceptionem non dubitatur l. Iurisgentium §. igitur nuda ſupra de pact. & l. ſolent infr. de præſcrip. verb. Vnde ſatis contineri dicitur in contractu; ex quo elegit viam detrahendi ab illo contractu, † in qua via exceptio ſuum præſtat effectum:† neq; enim minus præſtat effectualiter in detractis exceptio quam in adiectis actio, quippe cum pro re detracta, à credito non indigeant debitores actione, ſed eis eſt ſatis & ſuper exceptio: † & hoc eſt id quod dicit celeberrimus Papianus in d. l. pacta conuenta de contrahempt. in verſ. idem vires habebit, & in principio dum inquit quod pacta quæ detrahunt à Contractu contineri in illo videntur etiam quòd poſtea interponantur, id eſt ex Interuallo prout ibi gloſſ. exponit in verbo Poſtea, dummodo tamen vt ſubdit ipſe tex. verſentur ſuper adminiculis ſeu accidentalibus ſeu naturalibus non autem ſuper ſubſtantialibus. Vt etiam Accurſ. ibi enodauit in verbo adminicula iuncta alia gloſſ. in verbo quod tamen:nam ſi ſuper ſub-

36 37 38 39

ſubſtantialibus verſaretur pactio detra-
ctiua vel adiectiua tunc vel transforma-
tio vel reformatio eſſet vt ſupra docui-
mus, & vt patet infra nu. 58. & circa atq;
40 num. 164. & alijs ſeq. † Quinto loco non
ineſſe & ideo neq; transformandi nec re-
formandi neq; etiam informandi effectus
generare, eſt quotieſcumq; pactum inter-
ponitur ex interuallo ſuper accidenta-
libus ſeu adminiculis Contractus præce-
dentis per viam adiectionis ſeu amplia-
tionis addendo inquam non autem detra-
hendo, d. l. Pacta conuenta verſ. quæ ve-
ro adijciunt credimus non ineſſe infr. de
41 contrahempt. † cum enim pactio verſe-
tur in adijciendo vnde vt effectum ſortiri
poſsit indigeremus actione, nec ſufficiat,
hoc caſu exceptio, & ſic inſpecta natura-
li ſua virtute pactum non poſsit dici ineſ-
ſe ſaltem quoad effectum: nec pars Con-
tractus fieri poſsit, quamobrem impoſsi-
bile ſit proprie & ipſo iure ineſſe ex quo
pro contractu ampliando actio requiri-
42 tur: † ergo veriſsimum eſt nullo modo
ineſſe: Nam cum ex interuallo fuerit ce-
lebratum & propterea neq; poſsit dici le-
43 gem dare contractui, † ex quo legem ne-
quaquam dat contractibus id quod non
fuit in continenti adhibitum quia non po-
teſt cenſeri ea lege & conditione celebra-
tus

tus principalis Contractus videlicet ſi illud quod dictũ ſeu adiectum eſt in pactione ſeruabitur quippe quia ex interuallo appoſitum eſt non autem ſtatim, † ergo 44
non fuit conditio neq; lex contractus, † 45
nam hoc eſt dare legem Contractui ſcilicet illico apponi vt poſsit videri lex & conditio & ſic ineſſe, † merito uulla ra- 46
tione dicitur ineſſe, & proprie intelligitur non ineſſe: duo enim concurrunt primo quod ex interuallo ſuper ipſis accidentalibus fuit interpoſitum: ſecundo quod venit ad contractum per viam adiectionis & ampliandi: quocirca cum actione opus ſit in pacto ampliatiuo, & actio non oriatur ex pacto per interuallum interpoſito; † 47
ſequitur quod nulla ratione ineſſe intelligatur: & ſicut patet † neq; primo trans- 48
format, nec ſecundo reformat nec tertio informat neq; quarto ſimpliciter ineſt, † 49
exemplisq; ſuperiora poſſunt gradatim ab initio ad calcem fieri manifeſta, & priori loco ſi vendidi Domum pro ſex millibus deinde rebus integris iux. tex. in l. ab emptione ff. de pact. conueniamus vt domus ea non ſit vlterius vendita verum diſſolutus ſit contractus ſed tamen tu tenearis mihi dare librum Cronicarum, † 50
trãſlatum eſt hoc caſu contractus emptionis, & transformatus in hoc pactum nudum

51 dum cronicas tradendi, & ſic etiam † pa-
ctum nudum ſoluit interdum & transfor-
mat contractum, licet regulariter dun-
taxat facilis & frequens transformatio ſit
de pacto in pactum; & de contractu in con
tractum, prout in ipſis Contractibus in
dies fieri cernimus per nouationes §. præ
terea Inſtru. Quib. mod. tollit obligat. l.
52 1. denouat. & l. fin. C. eod. tit. † etenim
pacto nudo quod minus eſt non poteſt ſe-
cundum iuris noſtri regulas ipſo Iure tol-
li, quod plus eſt, nempe Contractus qui
53 eſt pactũ veſtitũ: † & hinc euenit quod le
gũ auctores admiſcuerũt vocẽ bonæ fidei
dum de diſſolutione contractus per ſolam
nudam conuentionem & pactum loquun-
tur; & inſuper ſecundo loco quod res in-
tegra ſit requirunt d. §. adeo & d. l. ab-
emptione & ibi gloſſ. in verbo conſtituan
tur ſupra de pact. & l. ſi quam rem infra
54 de reſcind. vẽdit. † exemplum autem re-
formationis eſt, vt ſi vendideram Do-
mum pro ſexcentis deinceps nuda con-
uentioue minuentes prætium, conuene-
rimus quod imo quingentis tantum ven-
dita ſit: aut potius augentes ſummam
55 præcij pro ſeptingentis: † & hoc eſt id
quod dicit Papinian. in l. pacta conuenta
infr. contrah. empt. in §. Paulus not. ibi de
augendo vel minuendo prætio & de iſta
reſor-

reformatione loquitur etiam tex. in d. l. Iurisgentiũ §.adeo ſup.de pact. cũ ſimil † 56
neq; enim in hac ſpecie quam reformationem nuncupamus forma directæ vereq; mutatur, imo nec in punctulo in quan tum eſt forma attingitur, † ſed materia 57
duntaxat accipitur & de illa aut aliquid comminuendo tollitur aut eidem addendo eadem ampliatur, vt quia quemadmodum dicebamus ex Reſponſo Papiniani prædicto plus vel minus de materia prætij affertur; ſemper tamen remanente eſſentiali ipſo prætij: † & ſic forma emptionis non adimitur quia nullum ſubſtantiale 58
eius pænitus deſtruitur ſed vel materiam ſub forma comminuendo: † thrahitur per 59
accidens arctius materialiter tantum ipſa forma: vel ipſam materiam augendo, ampliatur latitudine ſuæ materiæ eadem forma, ita vt † Res neq; extingui neq; 60
formaliter mutari ſed tantum reformari conſpiciatur † atq; ideo per Iuris pruden- 61
tes reformandi vox in hunc caſum ſcitiſſime expendatur d. §. adeo l. Iuris gentium ſupra de pact. † Nam ſi totum 62
prætium ſublatum eſſet pactione nempe vt Domus antea vendita Sexcentis coronatis quinimo Intelligatur fuiſſe gratis ſine vllo prætio vendita, nihil actum eſſet, quoad reformationem pertinet, † ſed vel 63
trans-

transformatio hic cerneretur , quia de
64 venditione in donationem itum eſſet †
vel quia emptio ſine prætio intelligi non
poteſt §. prætium Inſtit. de empt. & ven-
di. tale pactum tamquã contra ſubſtantiã
actus adiectum non valeret l. cũ p̃cario.
65 ff. de pręcar. cum ſimil. † & volũtatis q̃ſtio
eſſet non autem Iuris, nempe qualis fue-
rit animus paciſcentis an liberaliter do-
nare, an ignauiter contra formam vendi-
tionis anniti ſine aliquo prætio vendere.
66 Non eſſet igitur reformari hoc caſu † &
ratio eſt quoniam vna ex partibus inte-
gralibus tota ſublata eſſet ; vnde etiam
forma perijſſet, quæ ex cohærentia om-
nium penitus partium integralium con-
ſtat in ipſis totis integralibus, vt notatur
in l. ſi is qui quadraginta §. quædam ff.
ad leg. falcid. & ex gloſſ. in verbo con-
67 ſtent in de vſucap. † verum remanentibus
ſingulis partib. integralib. & propterea nõ
violata formalitate totius q̃ cõſiſtit in par
tium cohærentia, ſed auctis vel diminu-
tis partibus ipſis Integralibus aut ali-
quibus aut cunctis nulla tamen earum pæ
nitus ablata, ſed ſecundum plus vel minus
facta ſuper materia auctione vel diminu-
68 tione, † tunc reformatio facta dicitur,
non autem extinctio neq; transformatio,
69 ſeu traductio , † quamuis enim ſingulæ

omnes partes in quantitate ipſarum ſecundum plus, vel minus alterentur & manu actiua vel diminuenti attingantur, non propterea dicitur forma extingui aut in aliquo violari, ſed imo remanente eadem forma, cernitur facta duntaxat † materialiter mutatio, id quod 70
dicitur reformatio quædam, ex quo per accidens forma materialiter attingitur non autem formaliter ſeu in ſuo eſſe: ſed duntaxat vel anguſtius contrahitur vel latius diſtenditur, † Vnde dictum eſt quod 71
plus & minus in materia non facit differre ſpecie l. fin. ff. de fund. Inſtruct. & inſtrum. legat. † Et pariter dicimus quod 72
mutatio etiam omnium partium dummodo materialiter & ſucceſsiue non autem eodem Inſtanti facta minime formam rei adimit nec rem ipſam extinguit neq;.in alia transformando traducit l. proponebatur ſupra de Iudic. ſed reformando veluti in renouationem quandam adducit d. §. adeo ſupra de pact. & de l. pacta conuenta infra de contrahen. emption. † Neq; obſt. tex. in l. ſi quam rē in- 73
fra de reſcind. vend. quoniam Reſpondetur quod aut res antea certo prætio empta; deinde rurſus emitur, comminuto prætio vel aucto ita quod animus fuit diſtrahere, & recedere à priori contra-
ctu

74 ctu; † & tunc ſumus in transformatione, non autem in reformatione: nam prima emptio penitus ſublata fuit; & materialiter & formaliter extincta; deinde ſuper
75 eadem re noua emptio inita cernitur: † & hoc eſt id quod dicit tex. in d. l. ſi quam vt patet in verbo rurſus emero; & facit l. ſi vnus §. pactus ne peteret in textu ſi hoc actum eſt; & multo clarius in verſiculo idem dicemus iuncto verſiculo quia ſi
76 non; ſupr. de pact. † Aut non per viam diſtractus & ſimul noui contractus; ſed per modum augendi vel minuendi prætij contēti in ipſa emptione initur ſiue incō tinēti ſiue ex interuallo pactum quod prætium
77 dictæ emptionis ſit maius vel minus † & tunc dicitur tantum reformatus contractus non autem extinctus, nec ab eo receſ-
78 ſum fuiſſe intelligitur. † probaturq; hoc ex tex. in d. §. pactus ne peteret d. verſiculo quia ſi non vt totum & in d. l. Iuriſgentium §. adeo ſupra de pact. ibi cur non & pars eius pactione mutari; ſi ergo tantum pars mutata fuit ergo totum non perijt, neq; extinctum fuit; ex quo pars neq; tota ablata fuit ſed tantum aucta vel di-
79 minuta: † & ſic materialis non autem formalis fuit ille tactus atq; mutatio: & ideo ſubdit text. nam ſi poteſt tota res tolli cur nō & reformari, indicans q̄ totum non fuit

ſubla-

ſublatum ſed quod imo remanſit: & paulo
poſt inquit, vt quodammodo quaſi Con-
tractus renouatus videatur; † duplicem il- 80
lam improprietatis vocem dictionis quo-
dammodo: & vocis quaſi admiſcens; ex
quo proprie renouatus non fuit; ſed iſſe
idem permanſit: quippe cum forma inuio-
lata permanſerit, & nulla pars ex priori-
bus abierit: ſed tantum aucta vel diminuta
fuit: id quod eſt materialiter & non for-
maliter rem attingi, † & hinc etiam Papi- 81
nianus in l. pacta conuenta in fi. ff. de con-
trahen. emptio. vtitur verbo videtur: † 82
quod in eod. text. pro verbo improprie-
tatis & fictionis etiam antea expediderat
in princ. ibi contineri contractui viden-
tur, vbi loquitur de pacto limitatiuo quod
detrahit ex internallo per contrahentes
interpoſito, & dicit in eſſe contractui, cũ
tamen inſit duntaxat effectualiter non au-
tem proprie nec ipſo Iure vt ſupra mon-
ſtrauimus: Vnde inquit videri ipſe I. C.
quia non proprie: pateтq; quoniam alio-
quin pugnaret cum Vlpiano in d. §. adeo;
& ſic ex neceſſitate verbum videtur con-
ſtat quod Papinianus in d. l. pacta vtitur
pro ſigno improprietatis. † Exempla ve- 83
ro informationis habentur in d. l. Iuriſgē-
tium §. Quinimo & in §. vt puta poſt di-

uortiũ ſupra de pact. & in d.l. pacta §. quæ vero infra de contrah. empt. iunct. verſiculo aut cum fideiuſſore, ſi enim poſt diuortium pactio nuda ineatur ne tempore ſtatuto dos reddatur, ſed citius: vel in caſu tutelarum quod in actione tutelæ maiores vſuræ præſtentur quam anteriori cõtractu fuerat ſtatutum; vel poſt explicatam emptionem, poſtea pacto nudo conueniatur, quod venditor præſtet inſuper fideiuſſorem de euictione (vt in exemplis legum quas citauimus verſemur) dubio procul hæ nudæ pactiones ſuper acciden-
84 talib. interpoſitæ cõſpiciuntur. † neq;.n.eſt de ſubſtãtia in eo diuortio ſeu in dote illa ꝙ prolixior aut breuior dilatio cõpetat, & ſic qđ incõtinẽti potiuſquã poſt dies multos dotẽ ipſam oporteat reſtitui; nec in tutelæ actione qđ vberiores vſuræ exiguioribus antea ſtatutis præſtentur: nec de ſubſtantia venditionis eſt fideiuſſorem adhiberi pro re defendenda, Sed accidens; & tamen ea pacta nuda incontinenti adiecta valent, & cenſentur ineſſe contractui prę-
85 cedenti: † atq; cum per viam ampliationis ſcilicet addendo ad præcedentem contractum veniant; fit conſequens quod actiones ex illis contractibus natas impleant atque informent, taliter, vt etiam

ad deductum in ipſis pactis competant: & ideo illas informare cernuntur d. §. Quinimo & d. §. vt puta poſt diuortium, licet ſecus eſſet, ſi ex interuallo adhiberentur prout liquet in d. l. pacta conuenta infra de contrah. empt. in princ. † & Ratio eſt vt 86
ſuperius patuit, nempe quia pro actione producenda requiritur quod pactum nudũ veſtiatur coherentia contractus, quod ſane veſtimentum deficit ſi ex interuallo adhibeatur. † Hactenuſq; ex præceden- 87
tibus exemplis vidimus, ꝙ pactiones quæ poſt contractum ineuntur, † aut illius 88
formam ſpecifice in aliud tranſportant, aut materialiter reformando variant: aut accidentaliter informando locupletant. Nunc quemadmodum propoſiti ordinis ratio admonet, proſequatur interpretationis ſermo caſum, † quando neutrum 89
horum triũ agunt, & tñ inſunt: †exẽplo res 90
igitur manifeſta redditur (quãdo pactũ in eſſe tantum dicitur præcedẽti contractui & tamen neq; transformat nec reformat, nec informat) prout in §. ſi die in l. noſtra, nam cum ſtipulatus eſſem ea quindecim aut talẽta aut ſextertia q̃ mutuo dederam; reſtitui mihi deberi Kalendis proximis, alioquin centeſimas exinde pręſtari vſuras: deinde nuda pactione conueni vt longe prolixior tibi delatio compete-

ret; hæc pactio in caſu noſtræ legis incon
91 tinenti adiecta vt patet, † venit per uiam
limitationis, & detrahit, à contractu,
atq; ſuper accidentalibus verſatur; ergo
ſumus in quarto membro huius præfatio-
nis; quando pactum dicitur proprie ineſ-
ſe, & tamen neq; transformare neq; refor
92 mare neq; informare dici poteſt; † cum
enim formam non attingat ergo minime
transformat; & pariter cum neq; mate-
rialia ſeu ſubſtantiam tangat, nec refor-
mandi præſtat officium d. l. Iuriſgentium
§. adeo ſupra de pact. Tandemq; cum ne-
quaquam veniat per viam ampliationis
addendo; verum per modum limitationis
detrahendo: ergo licet verſetur ſuper ac-
cidentalibus non tamen informat d. §. Qui
nimo & d. §. vt puta ſ. de pact. poſt diuor-
93 tium: vbi non ſine miſterij ratione dum
proponuntur exempla pactionum quæ in-
formant: afferuntur pactiones quæ adij-
ciunt, non autem quæ detrahunt; nempe
94 quoniam ibi de † informatione quæ eſt
augere ampliare atq; implere tractatur in
d. §. Quinimo; prout liquet in ipſo tex. &
95 præſertim in verbo informat; † & ſic cum
non adijciat contractui pactio l. noſtræ
ſed detrahat a Contractu fit conſequens
96 quod non informat; † & tamen quia in-
continenti apponitur ineſſe proprie intel-

ligitur

ligitur vt ipſemet Paulus I. C. hic teſtatur
in verſ. dicebã, ibi † pacta incontinenti fa- 97
cta ineſſe creduntur ; ita vt † non ſine mi- 98
niſterio ineſſe dixerit, & reformãdi aut in-
formãdi voces reticuerit; de quib. in magi-
ſtralibus iuribus, qñ tales aut informatio-
nes aut reformationes, ſeu renouatiões ad
ſunt de illis verbotenus ſolet fieri mẽtio p
ipſos iuriſprudẽtes, vt patet in §. adeo & i
§. quinimo ſupra de pact. & in l. pacta con
uenta infr. de contrah. emptio. cum ſimil. † 99
nouerat enim auctor l. noſtræ ꝙ iſta pactio
proprie & ipſo iure ineſt, ſed non propte-
rea informat aut reformat neq; transfor-
mat, † & ratio eſt quia tria concurrunt 100
primo quòd incontinenti appoſita eſt, † er 101
go ineſt ipſo iure Secundo quia detrahit † 102
ergo non reformat. Tertio quia vertitur
ſuper accidentalibus † ergo neq; reforma- 103
re neq; transformare dici poteſt. Quod aût
circa accidẽtalia conſiſtat manifeſtũ inde
redditur, quoniam † licet reſtitutio rei in 104
eodẽ genere ſit de ſubſtantia mutui alio-
quin ſi ſaltem idem genus reſtituendũ non
eſſet Donatio fuiſſet vt notatur in l. 2. & il-
lic Bart. & Scribentes infra tit. noſtro ; † 105
Tamen citius aut tardius reſtitui & maio-
res aut minores vſuras præſtari debere
pro toto aut pro parte, accidens eſt; † quẽ- 106
admodum in ſimili; legitima de bonis pa-

rentum filijs deberi à iure naturali profici-
ſcitur l.cum ratio ff. de bon. damnat. & no-
tatur in l.in ſuis ff.de lib. & poſth. & tamen
quanta debeat eſſe legitima an quadrans
tantum,an potius triens vel ſemis a Iure ci-
uili deſcendit, vt in authentic. de trient.
& ſemiſſ. vnde per ſtatutum legitima cō-
minui augeriq; poteſt, licet non in totum
207 tolli † & hinc patet quod fallitur Domi-
nus Hiero. Groslot, hic;dum exiſtimauit
pactum hoc ſuper ſubſtantialibus verſari
nam ſunt iſta (vt patuit) accidentalia mu-
108 tui; † Et nihilominus cum iſtud pactum
incontinenti appoſitum ſit, ſed nihil adij-
ciat præcedenti contractui imo ex eo de-
trahat;merito & ineſſe dicitur,& pars pre-
cedentis contractus nempe ſtipulationis
quę præcedit eſſe intelligitur, & quòd ex
ſtipulatione agi poſſet ſi actione opus eſſet
ad deducta in ipſo pacto probe noſcitur;
prout expreſsim teſtatur hic I. C. Paulus
109 in verſiculo dicebam, † & tamen neq; di-
citur transformare quia vt diximus in aliū
contractum rem non traducit l. 1. infra de
110 nouat. † neq; reformare quia ſubſtantia-
lia non attingit d. §. adeo l. Iuriſgentium
111 ſupra de pact. † neq; informare qa nō adij
cit d.l. pacta cōuēta p̄dicto §. q̄ vero adij-
112 ciunt.inf.de cōtrah. emp.†ſed in sūma dr̄
13 tātū ineſſe & hoc duplici rōne,† & primo

proprie

proprie, quia incontinenti appoſitum eſt
vt declarat Paulus I. C. in d. verſiculo
Dicebam in tex. pacta incontinenti facta
ſtipulationi ineſſe creduntur, quod eſt di-
ci ſtipulationis pars euaſiſſe; † Secun- 114
do effectualiter & impropriæ, quoniam
etiam ſi ex interuallo tale pactum detra-
ctiuum ſeu limitatiuum celebraretur ta-
men quia veniendo hoc pactum per viam
detrahendi, à contractu ſatis ſuperq; eſſet
ſibi pacto detractiuo exceptio ad effe-
ctum obſeruationis pro ſe obtinendæ; &
ad impediendũ contractũ in detractis pro
ſe: vnde merito† contineri cõtractui dice 115
ret: & ſic ineſſe † quodcumq;.n. pactum de 116
tractiuum ſeu limitatiuum quamuis ex
interuallo fuerit appoſitum propter ſuam
naturam quæ licet non poterat actionem
producere tamen redolet præſtatq; exce-
ptionem l. Iuriſgentium §. igitur nuda
pactio ſupra de pact. & l. noſtra verſiculo
& ſi vt ille: contineri dicitur in contractu
d. l. pacta conuenta in principio † atq; vti 117
lis & proficua conuentio intelligitur eſſe,
ſuumq; præſtare finem atq; effectum; ex
quo detrahit non autem adijcit † & ſic 118
non adijciendo non indiget actione pro
ſui obtinenda obſeruatione, ſed detra-
hendo cõquieſcit & contentatur ſola ex-
ceptione: † quamobrem propter natu- 119

ram ſuam quia detrahit dicitur contineri
120 † & hoc eſt quod perpendit Papinian. in
d. l. pacta conuenta in princ. & id quod I.
C. noſter Paulus annotat in hac l. noſtra
in verſiculo tamen vſurarum obligatio;
quamuis differentia ſit vt ſupra nota-
121 uimus † quia pactum limitatiuum & de-
trahens incontinenti adiectum ita ineſt
vt ipſo Iure minuat actionem præcedentis
122 Contractus: † ſed quando ex interuallo
interponitur, tunc actio integra primi
contractus remanet, ſed exceptione pa-
cti eliditur, itaque pactum ipſum de-
tractiuum ex interuallo celebratum ineſt
123 d. l. pacta conuenta in princ. † ſed tan-
tum quo ad effectum non vt ipſo Iure au-
ferat actionem licet ſecus ſit quando in-
continenti adijcitur vt in l. noſtra: eſt er-
124 go vt concludamus † pactio legis noſtræ
125 detractiua ſeu limitatiua † & ineſſe dici-
tur, non tamen informare neq; reformare
126 neq; transformare dici poteſt. † & hinc
exploratum redditur labi errore Domi-
num Bart. hic Alb. Ang. Alex. num. 17.
col. 6. & quotquot cum eis ſunt & ſic com
munem vetuſtiorum opinionem prout de
communi fatetur Franc. Curt. num. 20.
& quod magis communis eſt teſtatur Iaſ.
127 hic col. prima. † dum talis antiquorum
ſententia dicebat hoc pactum noſtræ legis

veterem

veterem actionem informare: † & multò 128
vehementius labi Iuniorum ſententiam
quæ opinabatur quod iſtud pactum refor-
matio eſſet, prout docuerũt Fulg. Paul. de
Caſtr. Ludouic. Roman. & ipſemet Fran.
Curt. num. 21. Iaſon col. 1. hic Hier. Bu-
tigell. nu. 2. & d. Groſlot. nu. 34. 40. & 44.
& quot quantiq; in ea diſputatione an in-
formatio vel reformatio dicatur fruſtra
hanc vel illam partem ſubſtinendam de-
legerunt, delectamq; argumentationibus
per diffuſa nimis folia (vt liquet) confir-
mare ſummo conatu ſtuduerunt, † quo- 129
niam neutra ſententia vera eſt: quippe
quia † neq; informat neq; reformat ſed 130
duntaxat ineſt vt declarauimus. † Poſtre- 131
mo exemplum, quando pactum contra-
ctui præcedenti appoſitum neq; ineſt ne-
que transformat neq; reformat neq; in-
format habetur à Papinian. in d. l. pacta
conuenta † in tex. quo quidem caſu agen- 132
te emptore non valet pactum, finge enim
emi à te rem aliquam, poſtea ex inter-
uallo conueni vt præſtes fideiuſſorem, hoc
pactum nudum quod in adijciendo acci-
dentalia verſatur quia non repente, ſed
poſt temporis interualla adhibitum fuit,
nullo modo ineſſe dicitur, vt decidit illic
Papinian. in verſiculo quæ vero adijciunt
credimus non ineſſe. † & Ratio eſt quia 133

huiuſ-

huiuſmodi pactiones ampliatiuæ pro ſor-
tiendo ſuo fine & effectu indigerent pote-
ſtate producendi actionem præſcriptis ver
bis; vel informandi actiones præcedentium
contractū ad deducta in ipſis pactionibus,
134 † quod fieri nequit; quia non fuerunt incō-
tinenti ſed ex interuallo adhibitæ d. l. pa-
135 cta; † vnde per accidens tantum prodeſſe
poſſunt iſtæ pactiones ampliatiuæ ab in-
136 teruallo adiectæ † veluti in exemplo pro-
poſito ſi pepigi cum venditore, poſtea id
eſt ex interuallo, quòd præſtet fideiuſſorē
de euictione; agere non poſſum vt talis fi-
deiuſsio præſtetur, quia pactum non pro-
ducit actionem ex quo non iuuatur cohæ-
rentia Contractus, nec ineſſe dicitur quia
poſt interualla aliqua temporis fuit inter-
137 poſitum; † tamen ſi caſu præcium nondū
ſolueram venditori, tunc dum aget ipſe
venditor ad præcium excipere poſſum de
pacto quod non teneor, quia nondum ipſe
138 præſtitit fideiuſſorem, † & hoc eſt id quod
dicit Papinian. in d. l. pacta conuenta in
tex. agente emptore non valet pactū; idē
tamen ſcilicet pactum vires habebit iure
exceptionis agente venditore: & ſic per
accidens, ſi caſu fertiliq; emptoris ſorte
139 prætium non erat ſolutum: † non autem
ſic euenit in pacto detractiuo, & limitati-
uo licet poſt temporis interuallum adhi-

bito

bito. † Nam ſemper & regulariter non 140
autem ex accidenti & caſualiter prodeſt
& ſuum effectum operatur, † ex quo enim 141
detrahit nihil aliud quærit niſi vt creditor non petat id quod ipſa pactio detraxit, à contractu: quod ſi petierit actor
† tunc excipit debitor & ſuum finem in- 142
tentumq; in virtute exceptionis à nuda
pactione naſcentis ſortitur: † & ideo Pa- 143
pinian. inquit quod pacta quæ detrahunt
& poſtea adhibita fuerint contineri di-
cuntur, † ſed quæ adijciunt minime in- 144
ſunt † igitur iam patuit exemplum vltimi 145
huius membri quando pactum neq; ineſſe
nec transformare nec reformare nec in-
formare dici poteſt quod ſane euenit vt
exploratum eſt, † quotiens pactum am- 146
pliatiuum ſuper accidentalibus ex inter-
uallo adhibetur, † tunc enim neq; ineſt 147
nec reformat nec transformat neq; infor-
mat vt patet in d. l. pacta conuenta ff. de
contrahen. empt. † cuius Intellectus iam 148
ni fallor luce clarius innotuit: † ſi igitur 149
tempore initi pacti quod fideiuſſor detur,
præcium vt dicebam præſtiteram, vel
poſtea ſupinus præſtiti atq; ex pacto agere velim vt fideiuſsio præſtetur mea me
fallit opinio † quoniam quando tria con- 150
currunt primo quod pactum ſuper accidentalibus initum fuit: ſecundo quod per

viam

viam ampliationis venit : tertio quod
non ſtatim ſed poſtea ex interuallo inter-
151 ponitur:tunc nullo modo ineſſe dicitur, †
& dum ex contractu nempe ex empto per
me agitur actione ex empto ad dicta am-
152 pliataq; per pactum temere agitur, † quia
non ineſt ex quo ex interuallo adhibitum
fuit: pariter ſi virtute pacti agam actione
præſcriptis verbis ad ipſa aucta per pa-
153 ctum fruſtra ago, † quia nuda pactio actio-
nem non parit l. Iuriſgentium. §. igitur
nuda ſupra de pact. d. §. quinimo in eo-
dem l. Iuriſgentium verſiculo ſi ex inter-
uallo non inerunt, & liquet ex tex. in d.
154 l. pacta conuenta ff. de contrah. empt. &
ſic vt ſummatim fila colligamus. † Pactum
quod attingit formam præcedentis Con-
tractus transformat l. ſi quam rem infra
155 de reſcind. vendit. † Pactio autem quæ
ſubſtantialia materialia tangit ſiue adden
do ſiue minuendo etiam ſi ex interuallo
explicetur, reformat l. Iurisgentium §.
adeo ſupra de pactis d. l. pacta conuenta
156 §. an idem infra de contrah. empt. † Pa-
ctum vero quod verſatur ſuper acciden-
talibus adijciendo & ſic per viam amplia-
tionis ad contractum ſi incōtinenti adhi-
beatur dicit ineſſe & informare d. l. Iuris
gentium §. Quinimo & §. vt puta ; poſt
157 diuortium ſupra de pact. † Sed pactum
quod

quod verſatur circa ipſa accidentalia detrahendo & propterea per viam limitationis ad contractum veniendo, ſiue incontinenti ſiue ex interuallo celebretur dicitur ineſſe: ſed nō ꝓpterea trāsformat neq; reformat neq; informat l. noſtra §. conuenit iuncto verſiculo dicebam & d. l. pacta in principio infr. de contrah. empt.
† diſcrimen tamen noſcitur quando ex in 158
teruallo adhibetur quia ſi ſtatim fuiſſet interpoſitum ipſo iure diminuta eſſet actio præcedentis contractus, ſed quoties ab interuallo celebatur nata actio ad tot um proponi poteſt; ſed iure exceptionis pacti repellitur, ne operetur circa ea
quæ detraxit pactum. † Demum pactio 159
quæ ad accidentalia pertinet & venit ad contractum addendo & ſic per viam ampliandi tamen ex interuallo inita eſt tunc
nequaquam dicitur ineſſe, † vnde neq; 160
transformat neq; reformat neq; ineſt d. l. Pacta verſiculo quæ vero adijciunt credimus non ineſſe eod. tit. de contrahen.
empt. infra, † & id quod dicimus de acci- 161
dentalibus intelligimus de naturalibus contractus nempe de non ſubſtantialibus iuxt. gloſ. in d. l. pacta conuenta in verbo adminicula infra de contrah. empt. & patet ibi ex ipſo tex. in exemplis per Papinian. propoſitis.

Diuidi-

162 † Diuiditur hic tex. ex ſententia Bartol.
in quinq; partes, ſed per Alexandrum &
Iaſonem & communiter in ſex prout de
communi teſtatur ipſe Iaſon per Soci. au-
tem & Hier. Butigellam in ſeptem partes.
163 † Mihi autem videtur quod quam veriſsi-
me in ſeptenas partes diuiſio huius tex.
deducatur & quidem hoc pacto. Nam in
priori parte Paul. I.C. reddit Auditorem
attentum commemoratione Emilij Papi-
niani, qui inter Iureconſultos floruit Iure
conſultiſsimus, & inter magiſtratus præ-
ter cæteros eluxit quam maximus quippe
cum eſſet præfectus prætorio l. 1. ſupra
164 de offic. præfect. prætor. † & ſic exordij
reticulam funiculoſq; attentionis teten-
dit initio auctor legis noſtræ: vnde in pri-
ma parte proponitur præfatio, in ſecun-
da caſus ſeu thematis recitatio, in tertia
elicitur quæſtio, in quarta ponitur deci-
ſio, in quinta obiectorum relatio, in ſexta
ad obiecta affertur duplicata ſolutio; in
ſeptima & vltima ſubnectitur firmatæ de-
ciſionis limitatio. Secunda in tex. Lucius
Titius: tertia in tex. Quæſitū: quarta in tex.
dicebāt: quinta ī tex. pactū aūt: ſexta ī tex.
ſed cū ſortis: ſeptima ī tex. ſed & ſi quātita-
165 tem. † quod ſi quiſpiam Rethorice penſi-
tare velit methodum qua contexuit fila
huius ſui reſponſi Paulus; tunc in ſex par-

tes

tes deduci poſſe huius tex. diuiſionem inſpiciet. & quemadmodum ipſum Paulum I. C. non ſolum de Iure peritum verum
etiam, † inſignem eum fuiſſe Rethorem 166
in textura ipſius animaduertet, ita eo tantum caſu in ſex partes diuidendam eſſe hanc legem comperiet; alibi tamen infixos elucere terminos ipſarum partium; atq; alijs in locis ipſas partes ſitas eſſe & conquieſcere intelliget, quam vt eas poſuerint d. Iaſon & cæteri receptius: ete-
nim in priori parte proponitur † exor- 167
dium: in ſecũda narratio: in tertia diuiſio: in quartam confirmatio: in quinta confutatio: in ſexta & vltima concluſio: legat igitur aut memoretur quiſq; ea quæ Marcus Tullius Cicero de inuentione col. 12. & ad Herennium col. 2. docuit & protinus iuxta magiſtrales illos Rethorum gradus, progredi hoc in loco ad vnguem Paulum ipſum depræhendet: exordium igitur auctor ipſæ legis noſtræ proponit in prima
ipſa parte † dum celeberrimo nomine Pa- 168
piniani præfecti prætorio excitat & red-
dit attentum lectorem; † Narrationem 169
dum facti ſpeciem relatu verborum Titia-
næ apocæ recitat; † Diuiſionem dum 170
quid in controuerſia ſit & id quod ipſe Paulus ſuper ea re ſentiat quid vero Aduerſarij reluctanter contendant lympidiſ-

ſime

171 ſine refert: † confirmationem dum irre-
fragabile argumentum pro ſua ſententia
172 affert: † confutationem dum rationes ad-
173 uerſariorum diluit: † concluſionem dum
proponendo limitationem ſuæ opinionis
in ſingulari quodam caſu in quo ſolo ſen-
tentia eorum qui diuerſa tuebantur locum
ſibi arrogare poſſe oſtendit iam propte-
rea deciſiue concludit totius litis tracta-
174 tum & ſuæ opinionis figit aculeum: † ſe-
cunda in tex. Lucius: tertia in tex. Quæſi-
tum, quarta in tex. ſed cum fortis: quin-
ta in tex. & ſi vt ille putabat: ſexta in tex.
175 ſed & ſi quantitatem: † tametſi autem
hanc quoque diuiſionem hoc pacto à no-
bis conſtitutam perpenſamq; admodum
probem: magis tamen arridet legalis illa
ſeptenaria prima diuiſio; ueq; enim prima
pars quæ ex præfatione conſtituitur finis
176 ciuilis regulæ ſeu diſciplinæ egreditur, †
cum quinimo præfationes à noſtris legi-
bus imperentur l. 1. ſupra de orig. Iur. vn-
de & dicimus quod præfationes indicant
principalem intentionem etiam legislato-
ris vt notatur in l. fin. infra de hæred. in-
ſtit. Rutilet igitur & apprime laudetur
Rethoricus iſte quem indicaui Pauli pro-
greſſus; ego tamen legalis methodus ex
munere amator legalibus potius terminis
177 atq; vocibus † præfationis thematis. Quæ-

ſtionis Deciſionis obiectionis ſolutionis tandemq; limitationis vti libentius cogor & † ſeptenarium naturæ numerum qui & 178
Iuſtiniano interdum magis placuit in l. 2. §. Quod cæleſti fulgore C. de veter. Iur. enuclead. præeligere compellor; quoniam & ſeptem partes eſſentialiter quoq; hac ratione diſtinctas hic contueor.

† Ad compendium vero hoc pacto re- 179
uocari poteſt hic tex. Pactum dilationis ſuper ſorte inducit dilationem etiã ſuper vſuris debitis ex mora propter ſtipulationem, ſecus quando debentur ex ſtipulatione propter moram: & hoc breui compendio contenta eſt lex iſta magiſtralis, † 180
quamquam tractatu ſubtilis, textura admirabilis, ſubſtantia difficilis, & progreſſu diffuſa ſpectetur, nam cætera quæ hic deciduntur nempe, quod pacta incontinenti appoſita etiam ſuper contractibus ſtricti, Iuris, tamen ineſſe dicuntur: & alia id genus: † illa ſunt notabilia quæ hic colli- 181
guntur non autem pertinent ad compendium † neq; intra fines & veſtibula ſum- 182
marij continentur † quandoquidem ſint 183
maiores quædam propoſitiones & regulæ Iuris, vnde ſumuntur argumenta pro deciſione: † ſed ſummarium debet tantum cõ- 184
plecti atq; breui methodo referre particularem textus deciſionem, quæ reſpondet

principali quæſtioni de qua quæritur & quæ deciditur; non autem argumentationes & fundamenta ad deciſionem con-
185 geſtas: † illæ enim deducuntur in concluſiones colligendas per notabilium numeros; ſed non ſunt deciſio tex. per ſe, quippe
186 quia † aliud eſt confirmatio decidendæ rei aliud eſt id quod vt decidatur principali-
187 ter agitur; † compendia autem deciſioni non autem confirmationi aut confutationibus aut narrationi vel præfationibus
188 cæteriſq; id genus reſpondere debent † ſed cum deciſione æquari ipſum oportet, ita
189 vt ſicut † ratio cum dicto: diffinitio cum diffinito: rubrica cum nigro; ita compendium debeat reciproce conuerſimq; commeare cum ſuo tex, non autem longius progredi aut anguſtius contrahi; non extrinſeca quæ in viſceribus deciſionis non conſiſtunt admiſcere: alioquin ſi cætera perſequatur ſummarium præter ipſam particularem ſimulq; principalem deciſionem tex. & præter illa quæ ampliationem vel limitationem ipſius inſonāt, nam etiam iſta viſcerum pars ſunt; tunc prolixior erit
190 ſummatio quam lex in ſummam collecta † hinc in tex. noſtro & alibi crebro cernimus ſummaria propemodum longiora ſummatis; & nulla ratione vinculis memoriæ propter miram prolixitatem innodabilia

dabilia nempe quia externa à deciſione proſequuntur: vnde adhuc ad aliam ſummatim formulam oportet reuocari ſummarium; ſed de his ſatis.

† Facti ſpecies hoc pacto ſuper iſto tex. 191
exponi debet, Publius Meuius quindecim pondo idest libras auri mutuauit Lucio Titio quod eſt dici mille & quatrincentos quadraginta aureos ſeu coronatos vt liquet ex Iaſ. hic num. 3. vel potius quindecim ſextertia argenti; id quod eſt dici tricenta ſeptuaginta quinq; ſcuta ipſius auri vt patet ex Andr. Alciat. hic, ſub verbo quindecim, ſeu quindecim millia ſiue ſcuta ſiue florenos ſiue francos ſiue cianfronos & in ſumma decem & quinque millia mutuo dedit, prout exponit Paul. Caſtr. hic & Hier. Butigell. num. 33. & ſtipulatus fuit ea ſibi reddi Kalendis proximis quod ſi non reſtituerentur ſtipulationem adiecit vt ex inde centeſimæ vſuræ ab hora more præſtarentur, & † incontinenti 192
adiecta fuit nuda pactio quod imo duntaxat tricenti auri ſingulis futuris Kalendis reſtitui deberent, & de vſuris nihil in pactione expreſſum fuerat, † vnde quæſtionis erat an pactio quæ ſtipulationi ſuper ſorte derogauit eiuſque dilationem prorogauerat, operari poſſet etiam circa ſecundam ſtipulationem quæ ſuper vſuris conſi-

ſtebat, & videbatur negatiue reſponden-
194 dum, quippe quia † diſpoſitio quæque ea-
tenus extendatur in compræhenſione,
quatenus verborum ratio patitur in ſigni-
ficatione l. quod conſtitutum ff. de milit.
teſtam. & vbicumque deficit verborum ſo
nus ibi quoque deficiat diſpoſitionis vir-
tus l. 4. §. totiens ff. de damn. infect. Sed
ſic eſt quod de ſecunda ſtipulatione forma
liter inita & ſolemniter diſtinctimque cele
brata nihil dictum fuit in pactione nuda,
ergo neque in aliquo immutata dicitur: &
propterea integræ vſuræ videbantur debe-
ri iuxta ſecundæ ipſius ſtipulationis placi-
ta: contrarium tamen reſpondet I. C. Pau-
195 lus † & ratio deciſionis eſt quoniam ſecun-
da ſtipulatio interrogauerat vſuras pro-
pter moram præfixam à priori ſtipulatio-
ne, ita vt mora nulla interueniente neque
vſuræ aliquæ ſtipulationem vllam, nec in
primam nec in ſecundam, deductæ fuerãt,
ſed ita eſt quod pactio nuda abſtulit radi-
cem debendi vſuras, illãq; alibi infixit: ergo
prout immutauit cauſam ita quoq; muta
196 uit effectum, † quia effect⁹ à ſua cauſa re-
gulatur l. age cum Geminiano C. de
tranſact. c. cum ceſſante extr. de appel-
lat. l. adigere §. quamuis de Iure patro-
197 infra. † Neque obſtant iura pro ratio-
ne dubitandi erogata quippe cum re-
ſpon-

ſpondeamus per negationem minoris propoſitionis nempe quod verba nudæ pactionis includunt ſecundæ ſtipulationis tenorem; quandoquidem † ſecunda ſtipulatio verbis ſuis reaſumebat punctum termini præfixi & more inſtitutæ in prima ſtipulatione, vt cõſtat ex §. ſi die in l. ipſa noſtra: † pactum autem nudum traſfert terminum præfixum ſolutioni, & moræ incurrendæ articulum traducit, & aliã in diem figit: † ergo pactio iſta nuda de vtraq; ſtipulatione cõmemorauit & vtrãq; complexa de vtraque diſpoſuit. 198 199 200

† Nota primo ex tex. ꝙ Emilius Papinianus fuit præfectus prætorio, & ꝙ mira animi probitate eluxit, † Nam vir iſte non minus ſcientia Illuſtris quã ſapientia præclarus cum noluerit aſſentiri Principi Requirẽti vt de iure iniuſta falſaq; reſpõderet ea rõne morti proditus fuit; & qui vtinam Eccleſiam Dei cognouiſſet; quippe cum martyribus annumerari potuiſſet, † haud minus quam vir ille celebris, & præteritis annis ſenator in anglia; atq, nunc Paradiſi gloria victrici corona feliciſſime perfruẽs †qui nolens blandiri tyranno Regi neque in iure Canonico mentiri; ſed recuſans iniuſta, & falſa ſtudia præbere ipſi filio Sathanæ Anglorum Regi, tunc in hæreſim delapſo, atq; flagitioſe & petulanter ſatagẽ- 201 202 203 204

 ti cõn

ti contra Imperium D E I & Romani Pon-
tificis Vicarij ipſius Domini noſtri Ieſu
Chriſti, vxorem legitimam dimittere, &
aliam ſucer inducere, per eundem impijſ-
205 ſimum Regem fuit truncatus capite, † &
nunc Rex ille tyrannus atq; Hæreticus, cũ
Herodiade & cum Herode eterno cremã-
tur igne, & damnatus in æternum iacens in
Inferis, noſcit in pœnam ſuam catholici
fortiſsimiq; Iureconſulti gloriam Paradiſi
æternam, & Coronam qua rutilat in Cælis
propter obedientiam erga Romanum Pon
tificem & ipſius Romanam Eccleſiã: intel-
ligens plenus infernali luctu, quemadmo-
dum Beatus ipſe Iureconſultus & Senator
olim Anglicus, vna cum Sancto Ioanne
Baptiſta & cæteris aulæ cæleſtis ciuibus
apud Chriſtum Ieſum, & Glorioſam Vir-
ginem Mariam in Paradiſo iubilat atque
triumphat.

206 † Nota ſecundo quod ex ſententia Ac-
curſij iſte Publius Meuius mutuauerat Lu-
cio Titio quindecim pondo Auri, quod eſt
207 dici libras; † quia Pondus As & libra idem
ſunt, quemadmodum docuit Ias. hic nu. 3.
208 † libram autem conſtituebãt antea ſeptua
ginta duo aurei; ſed hodie ex nonaginta
ſex aureis conſtat libra, As, ſeu Pondus au-
ri: prout ibidem enucleauit Dominus Ia-
209 ſon. † ex traditione autem Andreæ Al-

ciat.

ciat.mutuo tradiderat quindecim ſextertia argenti iuxta morem loquendi apud vetuſtiores,† qui de ſextertiis in eorum exē- 210
plis commemorare & ſubintelligere conſueuerunt. †conſtituebat autem ſingulum 211
ſextertium viginti quinq; aureos coronatos,ita declarauit ipſe Alciat. ſub verbo cōuenit in hac l. noſtra, † Sed ex opinione 212
Pauli Caſtrenſis hic & Hier. Butigellæ nu. 33. mutuo dederat quindecim millia ſiue intelligas de Aureis Romanorum, ſiue de florenis Picentum, ſiue Cianfronis Neapolitanorum,ſiue de Franchis Burgundorum aut de pecuniarium ſpeciebus aliarū nationum;& in ſumma ſiue de alia quā velis graui aut tenui nobili aut viliori moneta:†ipſe autem nequaquam vocem mutuā 213
quæ legitur in text. tranſtulerim in millia, cum nec veriſimile ſit inter priuatos homines tam grande mutuum fieri; Et multo inueriſimilius eſt legis auctorem loqui de obolis aut nichettis & viliſsimis iſtis pauperculorum monetis: & propterea exiſtimo quod abſolute propoſuerit numerum quindecim in relatione caſus & reticuerit monetæ genus de quo loquebatur apocha; † 214
quoniam nihil intererat quo ad iuris deciſionem, † relinquens arbitrio cuiuſque vt intelligat quam velit monetam quia nihil ad quæſtionis difficultatē iſtud pertinet; † 215

& noſtri Iureconſulti non ſolum nomina
ſuperflua, ſed etiam ſyllabam haud neceſſa
riam detrahũt ab his diſpoſitionibus quas
referunt & interpretantur vt patet in l. 1.
ff. de eo quod met. cauſ.
218 † Nota tertio quod ſtipulari vſuras: vt
pro ſingulis vigintiquinq; diebus, ſingulus
denarius pro ſingulo centeno denario: ni-
hil aliud eſt quàm ſtipulari vſuras centeſi-
mas ad rationem duodecim pro ſingulo
219 centenario ſingulis annis, † & ratio eſt q̃a
cum vſuræ ſupra centeſimas prohibitæ ſint
220 vt ſupra in præludiis præmonui; † ſit con-
ſequens quod iſta ſtipulatio, vt quibuſcũq;
vigintiquinque diebus detur centeſimus
221 denarius pro quolibet centenario, † intel-
ligatur loqui de diebus vtilibus non autẽ
222 de diebus continuis, † & regulariter vigin
tiquinque dies conſtituunt vnum mẽſem,
ſi abſtuleris ſeptimam diem qualibet heb-
223 domada; quæ eſt dies feſtus; † vt dies Do-
minica poſt Reſurrectionem Domini no-
224 ſtri Ieſu Chriſti; † & ante aduentum Chri
ſti prout erat dies Sabbati, qui etiam cu-
ſtoditur hodie apud cecutientes ſua tena-
225 ci perfidia Hebræos; † & prout erat tempo
re infidelium Iureconſultorum dies Lunæ
apud ipſos infideles & Idolatras, id eſt Dæ
moniorum adoratores, & ſicuti eſt dies
martis apud obſcenos & infideles Turcas
qui

qui ſequentes Phſeudo prophetæ ſordidi Maumeti nunc in pœnis & cruciatibus Inferni iacentis legem à ſathana dictatam; cuſtodiunt diem martis; † & prout ſunt 226
dies Mercurij Iouis & Veneris quarum ſinguli à ſingulis variis nationibus tenebris Infidelitatis miſerrime inuolutis cuſtodiuntur; quemadmodum ex diuerſis hiſtoriarum lectionibus atque ex peregrinationibus in varias Orbis plagas probe ſcitur: & prout ipſemet diuerſa euoluendo librorum monumenta perlegi quandoque apud inſigne fideliſsimumque volumen hiſtoriarum noui orbis ſeu Inſularum Americarum & itineris ad eas: vbi deprehendi, quod † Inſula nuncupata Ormus (quæ 227
antea ſuberat Regis Portogallorum, hunc autem diuina bonitate & clementia † ſub- 228
eſt Sereniſsimo Hiſpaniarum Regi noſtro Catholico; Philippo: quem Deus ipſe benedictus trinus & vnus ſemper cum ſua poſteritate erigat ſupra omnes aduerſarios Catholicæ fidei † & quæ Inſula ſita eſt in 229
mari Perſarum verſus Orientem) adeo vberrime affluit mercatoribus ex toto Orbe terrarum illuc appellentibus, † vt pro- 230
pter varietatem nationum intueri liceat ſingulam quamquàm diem totius hebdomadæ varie per varias nationes obſeruari & coli; ita vt nulla ſit dies quæ reſpectiue

ad

ad diuerſas gentes illic quotidie viſas; non ſit illa ſeptima dies feſti quæ apud omnes
231 ſeruatur gentes: † ſed vere & legitime duntaxat à nobis Chriſtianis Catholicis: ſi enim in illa inſula vadas ad Idolatras aliquos, nondum conuerſos, cuſtodiunt diem lunæ, ſi ad Mercatores Maumettanos diem martis, ſi ad cæteros iueris illico cæterorum dierum ſtultus atque inſipiens ipſorum cultus cernitur; ſi ad Hebræos
232 ſabbatum celebrant: ſi vero Chriſtianos † Spiritu ſancto Regenti Eccleſiam gubernatos inſpexeris, ſanctam diem Dominicam cæteraque ab Eccleſia præſcripta feſta venerantur & ſanctificant; quod retuliſſe volui
233 † vt intelligamus quod tempore Pauli I. C. auctoris noſtræ Legis etiam erat cultus diei alicuius ſeptimæ; quæ dies propterea nõ poterat annumerari diebus vtilibus: cum dies feſtus eorum eſſet: vnde Publius Meuius inter Infideles ſuæ ſectæ, tenax obſeruator ſuorum feſtorum dierum; nolens vſuras currere diebus feſtis & tamen volens lucrari centeſimas vſuras ſtipulatus fuit ſingulum denarium pro quolibet centeno infra ſingulos quoſque viginti quinque dies; cernens quod ita
234 reſpondebat vſura integro menſi † nec dixit viginti quatuor quia infra duos menſes ſunt nouem dies ſeptimæ, & ſic elegit
beni-

benigniorem partem quaſi decem eſſent dies illæ ſeptimæ, infra duorum menſium curricula: & propterea quinque pro quocunque menſe. † vnde relinquebantur viginti quinque dies vtiles ſingulo quoque menſe in quibus ita ſtipulando vſuras pro- 235
vt factum legitur † fiebat conſequens 236
quod ipſe Meuius centeſimas ipſas ſortiretur vſuras; & tamen dierum feſtorum ſuorum rationem haberet † & ſeptima 237
quaque dies conquieſcere ſineret debitorem ſuũ † tantum enim erat dierum feſto- 238
rum obſeruatio apud Romanos ipſos licet infideles vt nec curſu vſurarum vellet ea Die feſta onerari debitores ipſorum † 239
Non eſt igitur opus violare litterã textus & reponere notam vt dicat triginta, ſicuti extimabat hic Gloslotius & cum eo aliqui; quippe cum omnes probe noſcant quod duo ſunt genera dierũ; † alij enim 240
ſunt dies vtiles & Iuridici pro tribunalibus & negotijs atque vſuris, alij vero continui: † vnde cur quæſo, qua inqnam 241
ratione non intelligamus hic de vtilibus diebus loquutum ſtipulatorem, cum de continuis intelligendo inutiliter ſtipulatus fuiſſet; † ex quo vſuræ maiores cen- 242
teſimis iure ciuili inſpecto deberi non poſſunt, & ſtipulari ipſas non licet vt diximus † & ea ſẽper interpretatio vocis ſu- 243
mitur

mitur, quæ declinat in illam ſpeciem, ſecundum quam, (ſi generalis ipſa vox aut dubia capiatur:) actus ſubſtinetur & legitime explicatus cernitur l. quotiens infra de reb. dub. & l. quotiens de verb. obligat.
244 & l. quotiens de reg. Iur. † itaque ſecundũ noſtrum Intellectum de diebus vtilibus ac cipientes lectionem tex. noſtri & Titianæ apochæ verba, ſequitur quod in themate propoſito promiſſæ duntaxat ſunt vſuræ centeſimæ & nihil prorſus vltra, imo potius tametſi haud conſiderabiliter paulisper minores: & ſic deducta fuit inſtipulationem ſumma tum legislationi & methodo præfixæ vſuris reſpondenti, tum probatis moribus apud ſuam Infidelium ſe-
245 ctam in Creditore Meuio applaudenti; † ſi autem Infideles ſua tām diligenti cultu
246 falſa cuſtodiebant feſta † quanto vehementius à nobis Chriſtianis diuino ſupernaturali lumine donati, & veritate fidei
247 certi, noſtra † ſola & ſancta feſta colere debemus; quandoquidem etiam in ſacris Biblijs cap. 15. numeri, legamus illum qui tertium prioris tabulæ diuini decalogi præceptum violauit, ligna incidendo die
248 Sabbati, lapidatum fuiſſe; † cum enim ſanctus Moyſes ignoraret quam pœnam irrogari in ipſum delinquentem oporteret, quia digito ſuo ſcripſerat Deus Sabba

ta ſanctifices; nec pœnam contra violatores huius præcepti patefacerat, & Deum ipſum ſuper hac dubietate genuflexus adorans conſuleret. Reſpōdit Dominus Deus benedictus quod lapidari deberet, prout executum fuit; & lapidibus percuſſus occiſus atque obruendo ſepultus fuit † ò tre- 245
mendum exemplum in eos qui aſpernantur venerationem & cultum Dominicæ Dei & aliorum feſtorum quos ſancta mater Eccleſia catholica Apoſtolica Romana prçcipit; nam quocumq. te vertas per lympidum ſacræ paginæ occeanum, illico elucere vides Iudicia Dei punitiua & horribilia contra Regna & Ciuitates ac aduerſus ſingulares perſonas qui non coluerunt nec celebrant dies feſtos: ſed nunc à diuerticulo redeamus: exiſtimo quod fidelis ſit litera meorum & plurimorum voluminum in quibus legitur de vigintiquinq; diebus, quoniam de vtilibus ſentiebat creditor; quod multo æquius erat & laudabilius; quam vſuras metiri per continuas dies; †quaſi diebus feſtis liceat fœne- 246
rari, id quod eſt abſurdum etiam de iure ciuili; ſecundum quod permittebātur vſuræ, † quippe cum ſicuti nec per alia nego- 247
cia mercimoniaſq. lucrari decet die feſto; ita nec fœnoris curſum impellere ſed retinere illum conueniens eſt: numquid enim

feſta

ſeſta Die laborare debitor tenetur, abſit
246 profecto: † Qui ergo creditor ad ratio-
nem dierum non autem menſium vel anni
ſtipulatur vſuras, iam intelligimus quod
de diebus vtilibus ſtipulari compellitur,
247 † futurum vt ſi de menſe loqueretur, vel
anno, iam interpretatio fieret quod men-
ſem creditor ſonu & expreſsione verbi
nuncupauit, ſed tamen quod intra dies
vtiles menſis, illam vſuram currere ſubin-
tellexit, & ad dies duntaxat ipſas vtiles ſti-
248 pulationem retulit: † quam interpreta-
tionem haud recipit ſtipulatio dierum
prout euenerat in caſu ſtipulationis huius
249 *Meuianæ*; † ex quo ſi ſtipulatio de lucro
loquitur & de diebus memorat, iam con-
ſtat quod dies lucri numerat, quod eſt di-
ci vtiles glomerat; & idcirco de vtilibus
ex neceſsitate intelligi diebus in iſta ſtipu-
latione Meuiana & ſponſione Titiana,
probe nouit I. C. Paulus: vnde teſtatur
Dies 25. ſcriptos in apocha ipſa Titiana,
de tali ſtipulatione & promiſsione fidem
facienti, ſciens ipſe legis huius auctor, tali
modo fieri ſtipulationes de vſuris centeſi-
mis, per illos qui ad rationem dierum
ineunt ſtipulationes, non autem per com-
250 memorationem menſium vel anni. †
Nota quarto, quod tres erant côuentio
nes initæ inter Publium Merium & Lu-
cium

cium Titium in prima continebatur ſtipulatio ſortis: in ſecunda ſtipulatio vſurarum: in tertia pactum nudum ſuper prolixiori dilatione debitori Titio per Creditorem meuium elargita.

† Nota quinto quod verbum conuenit 251 etiam in ſcriptura aut inſtrumento publico redactum referri debet ad pactum nudum, non autem ad ſtipulationem: † licet 252 ſecus ſit in verbo promiſit §. ſi ſcriptum inſtit. de inutil. ſtipulat. & in hac deciſione firmanda ipſe latioribus pauxillo ferar per diſputationis curſum velis, luculenterque fundar; quoniam in hunc locum poterit decurri, dum ſuper omni materia & ſubiecto cuiuſcunque vocis quæſtio tractanda erit circa generici nominis ſignificationem ad quam ſpeciem potius referri debeat: id quod quam ſæpiſsime vſu venire ſolet. & ex his quæ oratione hic perſequimur ſedes aliqua veriſsimarum ni fallimur argumentationũ pro vniuerſali vbiq; deciſione habetur; & tamẽ nihilominus adhuc plura miſſa fecimus; vt duntaxat medullas rei, & eſſentialiora duntaxat quantum ſatis eſſet complecteremur: itaque hæc ſententia quod verbum conuenit indubio referatur ad pactum nudũ non autẽ ad ſtipulationem, verbum autem promiſit econtra ſpectet ad ſtipulationis actũ; in du-

biis: non autem referri debeat ad nudam pactionem ſicut communis eſt,ita quoque noſcitur verior;quam probarunt Bar. hic col.3. verſ.procedo Ang. & Alex.colum.2. Philip.Dec. num.9.Andr. Alciat. ſuper iſto verbo & Hier. Butigell. num.66. vſque ad num.73. & in notabilibus, ſub num. 8.fuit quoque ſententia Aret. & Socin. & hanc eandem opinionem probauit Bald. in cap. cum in Iur. extr. de offic. delegat. & Paul.
253 Caſtr. in l. 1. C. de vſur. † pro qua opinione pugnant plerq; auctoritates & primo lex noſtra. Secundo text. in l. ſi conuenit infra de reſcind. vendit. nam ageretur ex ſtipulatione non autem actione in factum, ſi vox conuentionis non pertineret illic ad pactum nudum. Tertio text. in l. ſingularia in verbo conuenerit ſupra tit. noſtro quarto l. qui Romæ §. Callimaccus infra de verb. obligat. iuncta gloſſ.ibi in verbo conuenitq;.Quinto text. in l,ſi quis in conſcribendo, C, de pact. dum inquit non debere aduerſus ſuam conuentionem venire & tamen loquitur de pacto nudo: acceduntq; tex. in l. legem C.de pact. & in l.vt reſponſum C.de tranſactio. cum infinitis ſimilibus quæ cogeri poſſunt. Tandemque pro hac ſententia pugnat text. in d. §. ſi ſcriptum à contrario ſenſu: quippe cum ſi verbum conuenire ad ſtipulationem perti

nere

nere deberet, idem quoq; de ipſo verbo cõuenit aut illic aut alibi in iure noſtro ex preſsim declaratum deciſumq; legeretur, ſicut de verbo ipſo promiſit, † quod cum 254
non legatur non debet vlla diuinatione verbum pactionem ſonans extra pacti regionem extrahi, & ad vnum ex ſpecialibus pactorum, nempe ad ſtipulationem, quæ ſuo lætatur particulari nomine in dubio referri † cum ſi de ſtipulatione ſcribens lo- 255
quenſq; ſentiret, in promptu erat verbum ſtipulari ex parte ſtipulatoris ſeu Creditoris nominare; & verbum promiſit pro parte debitoris exprimere; d. §. ſi ſcriptum. † 256
Contrariam tamen ſententiam ſed temere probarunt quam multi, nempe quod ad ſtipulationem ſpectet in dubio hoc verbum conuenit, ita enim tradiderunt hic Caſtr. & Dominus Iaſ. ſub num. 5. & Franc. Curt. num. 9. & 23. & Bal. etiam ſibi contrarius in d. l. prima C. de vſur. quem plurimi ſequuntur † nititurq; iſtorum opinio priori 257
loco in l. ſeruius ea lege, infra de ſerui. export. dum illic legitur clauſula illa conuenit citra ſtipulationem, ſi enim verbum conuenire ſua ſponte ad nudam pactionem ſtipulationis veſtimento explicatam, in dubio pertineret; fruſtra ibi per Papinianum adijcerentur illa verba citra ſtipulationem; quod cum fecerit ſatis datur

Intelligi quod in dubijs verbum conuenit pactum ſtipulatione vallatum & ſic ſtipu-
258 lationem importat; † tantum enim abeſt vt elimatiſsima Iureconſultorum Reſponſa integras orationes & clauſulas fruſtratorias admiſceant vt quinimo vel syllabam haud ex neceſsitate omnimoda exprimendam de more abijciant l. 1. ff. de eo quod met. cauſ. Secundo pro eadem opinione adduci poteſt tex. in l. cum oſtendimus §. fin. de fideiuſſ. & nominat. tutor. vbi quomodocumq; quis conuenerit conſentiendo ſe eſſe nominatorem ſeu approbatorem fideiuſſoris, tamen ſemper ad ſtipulationem refertur conuentionis actus & verbum: tertio tex. in l. ſi extraneus infra de condit. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. in verbo conuenit, iuncta Accurſiana paraphraſi quæ exponit ideſt per ſtipulationem, annotans propterea quod verbum conuenit ad ſtipulationem non autem ad nudum pactum pertinet in dubio; eſt enim ſimpliciter pronuntiatum in tex. & tamen vt Accurſ. indicat ſtipulationem exprimit; ergo &c. Demum alij alia Iura in hanc rem expendunt vt textum in l. pacta nouiſsima C. de pact. ibi ſuper prima conuentione, & tamen loquitur de ſtipulatione non autem de pacto nudo, alioquin actio non competijſſet cum ſimilibus Iuribus quæ

congeri poſſent,† Mihi autem dubio omni 259
procul longe probabilior videtur communis ſententia quod ad pactionem nudam referatur in dubio verbum conuenit non autem ad ſtipulationem, ea potiſsimum ratione: Quoniam cũ ſtipulatio Sortita ſit verbum promiſit quod refertur ad ipſam d. §. ſi ſcriptum Inſtit. de inutil. ſtipulat. merito verbum conuenit derelictum fuit, pro pactione nuda, ne alterum ex extremis vt ſtipulationis Contractus ſuperfluęter duobus lætetur vocibus; pactio vero nuda nullo neq; verbi conuenit nec verbi promiſit nomine donata inueniatur; quod dicendum non eſt; ſuadet enim ratio duas iſtas voces alteram nudæ pactioni quæ nomine caret, alteram ſtipulationi quæ ex parte promiſsionis etiam proprio nomine carebat donatas fuiſſe, non autem vtramq; vni, & nullam alteri aſsignata fuiſſe. † 260
Porro nec plura hic congeſta inculcare operę prætium exiſtimo quippe quia dum rationes diuerſitatis cur verbum conuenit ad pactum nudum referatur & verbum promiſit ad ſtipulationem cum ſcribentibus præter Scribentes monſtraturus ſum tunc meridiana luce clarius patebit quod nonniſi ad pactum nudum debuit referri hoc verbum conuenire; aliud vero verbum promittere ad ſtipulationem omnino dę-

cuit pertinere tum ex genuina ipſorum poteſtate atq; natura, tum & ex ſtatu ipſo rerum quæ his nominibus nũcupandæ erant.
261 † Non obſtat igitur tex. in l. ſeruus infra de ſeru. export. Quia reſpondemus quod verbum conuenire generale eſt & omnem pactionem & contractum atque diſtractum complectitur l. 1. §. adeo ſupra de Pact. & propterea quando eius caſus de quo agitur talis eſt vt genericæ Intelligi poſsit, tunc omnia complectitur quoniam genus ineſt cuilibet ſpeciei & qui vocem generis pronunciat de omni ſpecie loquitur; Bart. & communis traditio in l. 1. ſupra tit. noſtro; & talis erat caſus in d. l. ſeruus: vnde oportuit ex neceſsitate adijci clauſulam citra ſtipulationem per Papinianum ex quo alioquin generalitas verbi conuenit etiam caſum ſtipulationis æqua lance cum caſu pactionis incontinenti adhibitæ compræhendiſſet & tamen iſtud falſum erat in eo caſu; quia quod denegabatur pactioni nudę licet incõtinenti adiectæ, non poterat denegari ſtipulationibus:
262 † Quotiens autem caſus in quo verſatur dubitatio, is eſt; vt nomen generis non poſsit generaliter intelligi, ſed ad vnam ſpeciem referri oporteat; quemadmodum euenit in quæſtione noſtra in qua ſi legatur in Inſtrumento verbum conuenit

uenit;noſcimus omnino quod Titius non promiſit neq; conuenit per mille genera contractuum,ſed per vnam ſpeciem actus vel ſtipulationis vel pacti vel ſimilis, & tunc non pertinet ad rem noſtram neque propoſitum,ipſe tex. in d. l. ſeruus:† quan- 263
do igitur legislator ſtatuit aliquid ſuper conuentionibus tunc niſi aliud adijciat; nulla eſt pactio, nullus eſt contractus, aut diſtractus, qui ſub ea diſpoſitione haud contineatur:† quia verba generaliter pro- 264
nuntiata debent generaliter intelligi l. 1. ff. de legat. præſtand. † & nomen generis 265
Prædicatur proprie de omni ſua ſpecie Bart. & Scribentes in d. l. 1. tit. noſtro.† 266
& hinc euenit quod cũ Papinian. in d.l. ſeruus proponeret Deciſionem ſuper actu cõuentionis incontinenti poſt contractum initæ;niſi adieciſſet clauſulam citra ſtipulationem poſt verbum conuenit; deciſio compræhendiſſet etiam ſtipulationem quippe cum non ſolum pactũ nudũ in continenti adiectum ſed etiam ſtipulatio nomine conuentionis contineatur l. 1. §. adeo ſupra de pact. quod tamen falſum erat in eo caſu illius tex. quia non potuiſſet morari ille ſeruus in Italia ſi ſtipulatio interueniſſet quin tota pœna committeretur;licet pactum nudum ſtatim adiectum & cohærentia Contractus veſtitum non

267 æque operetur; † quoniam in duobus præcipue pactio nuda etiam illico adiecta non eſt vt operetur quantum ſi eſſet Contractus ſtipulationis: primo in vſuris in quibus quoad Contractus ſtricti Iuris requiritur ſtipulatio, nec ſufficit pactum nudum etiam incontinenti poſt principalem contractum adhibitum l. Quamuis & ibi gloſſ.
268 & Doctores C. de vſur. † Secundo in venditionibus ſeruorum exportandorum necne, aut manumittendorum vel non; quandoquidem ſi pactio fauorem & beneficium continet vt quod ſeruus venditus manumittatur, vel ne, pœnæ cauſa exportetur; tali caſu veſtitur cohærentia Contractus & operatur quantum ſtipulatio: ſi vero rigorem contineat & pœnam, vt ne in Italico ſolo retineatur ſed exportetur in Prouincias, alioquin certa pœna præſtetur venditori per emptorem, tunc pactum nudum incontinenti adiectum pœnam continens non veſtitur pænitus cohærentia contractus, ſed limitate vt dicit ille tex. nempe quoad Intereſſe, non autem pro tota
269 pœna, licet ſecus eſſet in ſtipulatione. † Non obſtat ſecundo tex. in l. cum oſtendimus §. fin. infra de fideiuſſ. & nominat. tutor. Quia Reſpondetur quod fauore pupilli illic omnis actus ſiue expreſsi conſenſus, ſiue taciti; perſonæ præſentis & patien-

tis

tis ſe ſcribi nominatorem fideiuſſoris refer tur ad promiſsionem ſtipulatam; ideſt vt fingatur Interceſsiſſe ſtipulatio: ſicut etiam fingitur in ſimili dotis fauore, quamuis vere non interceſſerit ſtipulatio l. vnica C. de rei vxor action. † ſed non propterea in 270
d. §. fin. probatur quod verbum conuenio referatur ad ſtipulationem † ex quo etiam 271
ſola patientia & omnes actus perſonæ præſentis, atq; omne verbum arguens conſenſum inducit fauore pupillari præſumptam imo fictam ſtipulationem; vnde non illa ratione euenit quia verbum conuenit ad ſtipulationem ſpectet; ſed quia lex ita fingit propter pupillum; ex quo tacuit & paſſus eſt ſe ſcribi nominatorem &c. † Non 272
obſtat tertio tex. in l. ſi extraneus quia fallitur Accurſ. dum verbum conuenire illic ad ſtipulationem retulit, imo ſiue pacto nudo ſiue quomodocumque conuenerit, ſemper patri competit ibi condictio cauſa data cauſa non ſecuta; prout tex. aperit tam in priori præcedenti quam in ſecundo Reſponſo, & prout ipſemet Dominus Iaſ. hic fatetur ſub num. 5. † alioquin ſi vera 273
eſſet ſententia expoſitioq; Accurſij, fieret cõſequens, quod talis condictio ob cauſam non competeret quando Pater nudo pacto conuenerat, ex quo dixiſſet illam competere I. C. quando ſtipulatio Interuenerat,

 †imo

274 † imo ſi accuratius penſitetur ille tex. ideo recurrit ad condictionem cauſ. dat. cauſ. non ſecut. quia pactum nudum interceſſerat, quod actioni non erat ſatis; licet mens paciſcentis etiam caſum illum non ſequuti matrimonij amplecteretur vt ſuperius tex. indicauerat, dum inquit & veriſimile eſt in hunc quoque caſum proſpexiſſe; cum ergo in ſubſidium ad talem condictionem decurrat: ergo ſi ſtipulatio interueniſſet ex ſtipulatu ageretur; quare reflectitur auctoritas eius tex. vt imo verbum conuenit importare noſcatur legaturque pactum nudum; nam etiam ſupra tex. inquit pactus eſſet dum de extraneo dotante loquitur, deinde proponit ampliationem quando Pater eſt qui dotem tradit & vtitur verbo conuenit; igitur etiam de nuda
275 pactione loquitur † quia ampliatio debet eſſe in caſu Regulæ ſicut etiam dicimus de limitatione l. nam quod liquidæ ff. de pęn. legat. Dyn. in rubr. de reg. Iur. in 6.

276 † Neque obſtat tex. in l. pacta nouiſſima C. de pact. cum quotcumque ſimilibus ſuis, quippe quia Reſpondemus quod minime negamus verbo conuentionis poſſe ſignificari etiam ſtipulationem, quoniam generale eſt ad omnes Contractus l. 1. §. adeo ſupra de pact. ſed dicimus quod dum quæritur, quam ſui ſpeciem referat in du-

bio,

bio ; tunc ad pactum nudum referri debet, † ſed ſi ſubiecta materia euidenter indicet 277
quod non erat pactum nudum illa cõuentio de qua commemoratur, prout in d. l. pacta nouiſsima in qua refertur quod prima conuentio peperat actionem, tunc nihil impedit verbum conuenire ad ſtipulationem pertinere; prout & ad locationem & ademptionem & ad mutuum & ad commodatum poſſet referri ipſa vox conuẽtio, ſi ſuper tali materia verſaretur lex de con uentione loquens, † ex quo locatio emp- 278
tio & ſingulus quiſque contractus conuentio eſt l. 1. ſupra de pact. in princi. ſi igitur ratio ſubiectæ materiæ declarat de quo nam contractu loquatur verbum conuenit Iuxta Regulam tex. in l. ſi vno anno ſuper locat. † vel aliud euidens ſignum fortaſſe 279
quia actio dabatur, oſtendit quod de pactione veſtita ſtipulationis aut alterius Contractus loquitur vox conuenire, tunc non ſumus in dubio ſed in claris † in qui- 280
bus non eſt locus coniecturis aut diſputationibus l. continuus §. cum ita infra de verb. obligat. l. Ille aut ille §. cum in verbis infra de legat. 3. † Sed noſtra dubitatio 281
vertitur quando in ancipiti verſamur, quia ſimpliciter refertur verbum conuentionis & ad vtrumque caſum, vnum vel alterum flecti poteſt & tamen ad vnum referri actu

aliter

aliter debet, neſcimus autem ad quem referri debeat; tunc dicimus quod in dubio pactum nudum non autem ſtipulationem
282 importat. † Retenta igitur communi ſententia limita eam dupliciter primo quotienſcumque aut ſubiectæ materiæ ratio aut alia euidentia ſigna demonſtrarent quod verbum conuenit loquitur de ſtipulatione non autem de nuda pactione, nam clauus clauo cuditur l. Diuus ſupra de in integr. reſtit. & validior præſumptio nitidiuſque ſignum hanc Iuris deciſionem quæ in dubio caſu locum habet limitando reſtringeret.

283 † Secundo limita quotiens verbum conuenit poteſt ad vtrumque copulatiue referri nempe & ad ſtipulationem & ad pactum, vt ſi lege municipali prohibeatur iniri conuentio cum Hebræis: eſt enim prohibita & nuda pactio & ſtipulatio & omnis Contractus; quippe cum genus proprie inſit omnibus ſuis ſpeciebus Bart. & omnes in l. 1. ſupra tit. noſtro: vnde prohibita conuentione omnis ſpecies conuentionum prohibita intelligitur d. l. 1. §. adeo ſupra de pact. & diſpoſitio generalis eſt generaliter intelligenda l. 1. ff. de legat. præſtand. cum
284 ſimil. † Regulæ igitur locus eſt quando duo concurrunt primo quia non apparet de qua ſpecie loquatur is qui vtitur verbo conuen-

conuentionis, ſecundo quando non poteſt vtramque ſpeciem importare, ſed ad vnam vel alteram referri neceſſarium eſt, veluti quia conſtat Titium conueniſſe cum Publio Menio & neſcimus cum qua ſpecie conuentionis. An ſcilicet per ſtipulationem an per nudum pactum.

† Stante igitur prædicta communi opinione quæro, quæ ſit ratio diuerſitatis nempe quod verbum conuenit in dubio refertur ad pactum nudum, & verbum promiſit ad ſtipulationem & varij varia excogitarunt; Priorique loco Bart. illam rationem propoſuit hic ſub 5. col. verſiculo procedo † quoniam inquit verbum conuenit generaliſsimum eſt includens etiam tacitam conuentionem l. labeo ſupra de pact. ideo ad nudam pactionem pertinet; ſecus autem eſt in verbo promittere quod non æque late patet, vnde ad ſtipulationem ſpectat: & ſequitur hanc Bart. rationem Hier. Butigell. hic num. 8. † ipſam autem reiecerunt Fulg. & Iaſ. hic num. 5. quoniam vt aiunt imo verbum promittendi generalius eſt, quandoquidem etiam ad pollicitationem pertinet l. ſciendum §. dictum infra de ædilit. edict. ad quam verbum conuenit non poteſt referri; & cum promiſsio includat pactum vt d. §. dictum ergo etiam tacitam conuentionem non ſolum expreſ-

ſam

185 (margin, line "Stante igitur")

ſam continet; ſed & Phil. Dec. ſub num. 9. hanc Bart. rationem haud probare voluit, quam confutauit quoque Franc. Curt. hic num. 23. dicens, quod non concludit; Nam dato vt ait quicquid dicit Bart. quod generalius ſit verbum conuenit & apprimè latiſsimum, tamen nihil inde concluditur:
289 † ipſe vero exiſtimo quod ſatis probabiliter concludat Ratio Bart. ſtante eo quod præſupponit; nam ſi verum ſit quod longe latius pateat verbum conuentionis quam promiſsionis, ergo difficilius præſumi poteſt ſtipulatio dum legitur vox conuenire quæ ad infinita quodāmodo pertinet, quam dum legimus vocem promittendi quæ ad pauca vt ea comprehendat refertur, inter quæ compræhenſa, exigua numero, extrema; elucet ipſa ſtipulatio: quam obrem facilius ſtipulationis actus præſumi poteſt; cum à modicis declinare in vnum ex eis, facilimum ſit: ſed ab ingenti & longe vberiori numero difficilius ſit: & hoc eſt id quod dicit Bart. dum ait generalius eſt verbum conuenire ideo ſtipulatio non præſumitur; verbum vero promiſit non ita late patet: imo ſi quis accuratius contempletur Bartolum, ſenſit, quod promiſsionis vox non ſpectet ad tacitum pactum ſicut conuentionis nomen d. l. labeo ſupra de
290 pact. † & ſane Illum qui tacuit & præſumptiue

ptiue conſenſit improprie quodammodo dixeris promiſiſſe, ex quo loquutus non eſt, licet propriæ conueniſſe dici poſsit d. l. labeo & hoc eſt id quod voluit dicere Bart. dum conueniendi verbum etiam ad tacitas pactiones pertinere teſtatus eſt; in puncto monſtrando generalitatem vberiorem eius vocis conuenit quàm verbi promitto; ita vt dum in d. l. ſciendum §. dictum infra de ædilit. edict. Creditur probari quod verbum promittere includat pactum nudum intelligi debeat de pacto nudo verbis promiſſo; non autem de tacita conuentione, in qua vix poteſt dici quod qui tacite conuenit promiſerit niſi improprie: quibus accedit quod vera loquitur Bart. dum conuentionis nomen generalius eſſet teſtatur. † Nam falſum eſt in d. 291 l. ſciendum probari quod verbum promiſſionis cõprehendat pactionem nudam; ſed duntaxat illic dicitur quod nomen promiſſi primo pertinet ad nudam promiſsionem id eſt pollicitationem, quæ nuda eſt ſcilicet à reciproco adhuc conſenſu, ſecundo quod idem nomen promiſsionis ſpectat ad ſponſionem id eſt ad promiſsionem quæ fit ſtipulanti: ita vt duo tantum contineri ſub verbo promiſsi illic dicatur nempe pollicitatio; & promiſsio reſpondens interroganti; quaſi dicat † duæ ſunt promittendi 292

ſpecies

ſpecies: vel vltro oblatę, vel poſtea ad rogationem ſeu Interrogationem factæ; ad iſta pertinet vox generica promiſsi; & hoc illud eſt quod dicit ille tex. dum enim ait ad nudam promiſsionem ſiue pollicitationē
193 † alternatiua ſiue, ponitur pro id eſt: hoc eſt pro alternanda varietate vocis & ſonus nō autem ſignificationis & ſenſus; quemadmo dum dicimus vt exemplis gloſſæ vtar in l. ſi, idem C. de Codicill. in Eulogio ſiue teſtamento Titij legitur talis clauſula; Item nō in gladio ſiue cultello caſside aut galea
194 verſatur fortitudo viri, † ſed in corde eius directo ad Deum, prout in ſancto Dauide viſum fuit; dum interfecit Goliam; idem enim ſunt eulogium & teſtamentum: enſis mucro & gladius; vt inquit gloſ. in d. l. ſi. idē C. de Codicill. & propterea ſatis defenditur ratio Bartoli quæ etiam confirmabitur ex his quæ adijciemus poſt alios nam & illuc forte decurrebat ingenium ipſius Do-
195 mini Bartoli; † ſi vero quis ſentiat promiſſionis verbum ſpectare ad pactum etiam nudum, tunc videat quæ ſcripſimus in repetitone noſtra in rub. de verb. obligat. qa inde conſtabit an generalius ſit verbū promiſsio, quam conuētionis nomen; quamuis in illa rubrica ne multas inculcarem ibi dubitationes; præſupponere maluerim communem ſententiam quod vox promiſsio-

nis

nis referatur ad tria, & ſic ad pactionem nudam; attamen verius ſentio id quod hic dicimus † nempe quo, vox promiſsi non 296
ſpectat ad pactum nudum, ſed tantum nudam promiſsionem & ſponſionē contineat id eſt pollicitationem, & ſtipulationis promiſsionem vnde ſatis ſubſtineri poteſt ratio Bartoli, non tamen pernecеſſe concludit ſed probabiliter duntaxat.† Secundam 297
autem rationē attulit ipſe Raph. fulg. quoniam inquit verbum cōuenit denotat actū duorum ſine ordine; eque enim eſt conuentio ſiue præcedat ordo interrogandi ſiue minime; vnde nō poteſt referri in dubio ad ſtipulationem quæ requirit ordinem prçcedentiæ Interrogationis: ſed verbum promiſit pertinet ad actum vnius nempe promiſſoris quem actum veriſimiliter præcedit voluntas creditoris; quare facilius præſumitur præceſsiſſe Interrogatio: & iſta ratio quoque probabilis eſt, ſed non affert conſentiendi neceſsitatem. † Tertia au- 298
tem ratio proponitur per Phil. Dec. d. nu. 9. hic quod probatio debet pernecеſſe concludere l. neque natales & l. non nudis & l. non epiſtolis C. de probation. cum igitur verbum conuenit, generale ſit ad ſtipulationem & ad pactum omnemq; contractum d. l. 1. §. adeo ſupra de pact. ergo male argumentatur & non

conclu-

concludit probatio eius qui dicit ſtipulatum fuiſſe, illud probans per ſcripturam quæ vtitur verbo conuenit; propterea remanet vt pactum nudum importet; idemq; ſubdit Phil. Dec. eueniret in voce promiſit quia generalis quoque eſt d. l. ſciendum infra de ædilit. edict. ſed quia in ipſo promittendi nomine habemus limpidam Iuris deciſionem quod pro ſtipulatione interpretetur §. ſi ſcriptum inſtit. de inut. ſtipulat. merito in caſu ipſius non poteſt dubitari & probatio concludens eſt; quæ ſententia Phil. Dec. ſatis videtur ſubtilitatis & veri-
299 tatis candore primo intuitu eluxiſſe; † ſed non conquieſcit in ea animus; quippe cum adhuc dubitatio etiam in eo verſetur vt intelligamus quare inſtitutum ſit vt promiſſionis vox ſtipulationem inſonet, conuentionis vero nomen minime, nam hic vertitur principaliter huius inueſtigationis ſco-
300 pus & cardo. † Quartam rationem attulit Andr. Alciat. hic ſub verbo conuenit quia inquit nuda conuentio ſimpliciter eſt conuentio, ſed ſtipulatio habet aliquid pluris nempe veſtem formamq; aliam vltra terminos nudæ conuentionis, ideo ad nudam conuentionem ipſum verbum conuenit in
301 dubio refertur; † præſertim quia dictio con. non arguit ſua natura præceſſiſſe interrogationem ſed dunxaxat infert eodem

tem-

tempore in vnam ſententiam deuentum fuiſſe. Cum tamen verbum promiſit ex vi & virtute ipſius Interrogationem præceſſiſſe arguat; quoniam vt Donatus & Perottus docuerunt ſiquidem ſubdit ipſe d. Alciat. pollicemur vltro, promittimus rogati, quæ ratio admodum probabilis eſt. † Quinto 302 loco mihi opinioni eſt quod alia fuerit genuina & non modo probabilis ſed neceſſaria ratio cur verbum conuenit ad pactum nudum & verbum promiſit ad ſtipulationem referatur; eſt autem huiuſmodi: nomen generis ad ſpeciem innominatam pertinere debet non autem pro ea quæ nomine proprio lætatur proponi debet; ex quo illa ſuo ſingulari nomine deſignari poteſt, vt notatur in l. 1. & 2. ff. de adopt. & in l. inter agnatos infra vnde cognat. cum ſimil. ſed ſola pactio nuda erat illa proxima ſpecies quæ carebat nomine ſub genere conuentionis; quia ſua oppoſita ſpecies nempe pactio veſtita appellatur contractus; ergo nomen generis euaſit quoque nomen ſpeciei innominatæ, † & cum econtra promiſsio inter- 303 rogata etiã nomine careret ex quo vltronea promiſsio appellatur pollicitatio toto titulo infra de pollicit. merito actus promittendi interrogatus & ſic promiſsio per ſtipulationem, carens nomine aſſumpſit ſibi ſuo Iure nomen generis d. §. ſi ita ſcriptũ inſtit. de inut. ſtipulat. Nam vt ſuperius in-

304 nuebam † duo ſunt actus inſignes & frequẽtes qui carebant nomine pactio nuda, & actus promittentis per ipſam ſtipulationẽ, vnde alteram ex his vocibus deſumpſit ſibi pactum nudum, & aliam promiſsio Inter-
305 rogata: † quippe cum omnis ſpecies nomine carens ſui generis nomen ſibi arroget ſuo Iure; & in ſe ipſam trahere ſemper ſoleat; d.l. 1. & 2. ff. de adopt. l. inter agnatos ff. vnde cognat. Cognatio enim lineæ fœmininæ quia nuda eſt ſingulari nomine cũ tamen agnatio ſibi ſpecies oppoſita particulare nomen agnationis ſortita ſit ideo attrahit in ſe generis nomen, & qui ex fœminis prodeunt cognati vocantur cum tamen generis nomen ſit ipſa cognationis vox: pari ratione etiam adoptio cum ſit
306 nomẽ generale † deſcendit in ſpeciem pro innominata ſpecie, non autem pro arrogatione quæ adepta fuerat ſuum arrogationis nomen; vnde ea quæ coram magiſtratu fit quia nomine caret traxit in ſe nomen generis, & ſpecialiter adoptionis nomen pertinet ad ipſam, prout in dictis Iuribus cum infinitis propemodum ſimilibus patet: vt autem hæc manifeſta fiant & perneceſſe concludere hanc rationem noſcamus ſtruxerim argumentum, a ; ſufficienti par-
307 tium enumeratione † nempe quia vox conuenit dum ſimpliciter prolata legitur cer-

ti Iuris eſt quod ad quinque tantum ſignificationes pertinere poteſt aut enim primo generaliter pro omni conuentione accipi poſſet. Secundo pro pactione veſtita nominata; Tertio pro ipſo pacto veſtito ſed innominato; Quarto pro ſtipulationis promiſſione & ſic pro conuentione ſtipulata, Quinto demum pro pactione nuda, ſed ſic eſt quod generaliter intelligi non poteſt quoniam illud vendicat ſibi locum quando lex ipſa vtitur verbo conuentionis, quia finge lex municipalis diceret nulla poſsit iniri conuentio cum foreſibus huius patriæ inimicis; intelligeretur enim prohibita omnis conuentio ſiue nuda ſiue veſtita ſed quando eſt verbum debitoris vel tabellionis quia loquuntur de vno actu indiuiduo: † & non poteſt vnum indiuiduum ſubeſſe 308
oppoſitis ſpeciebus † quia nulla ſpecies op 309
poſita prædicatur de altera gloſſ. in §. littorum in verbo publicus de rer. diuiſ. inſtit. tunc ex neceſsitate opportet intelligatur de vno actu vnius ſpeciei & ſic vel quod ad pactum nudum vel ad ſtipulationem vel ad alium contractũ referatur † cum non poſ- 310
ſit vnus actus explicatus de quo loquitur Inſtrumentum aut vox humana eſſe mille ſeu plures actus; † implicat enim contra- 311
dictionem eſſe vnum & id quod vnum eſt eſſe plures: eſſe vnum actum & conquie-

ſcere ſub tegminibus oppoſitarum ſpecie-
312 rum ergo generice non poteſt intelligi † ſe-
cundo tale verbum conuenit non poteſt re-
ferri ad aliquod pactum veſtitum nomina-
tum quod non ſit ſtipulatio, & ſic ad aliquẽ
contractum quia illa ſuis ſingularibus læ-
tantur nominibus emptionis vel venditio-
nis aut mutui l. Iuriſgentium in princ. ſu-
pra de pact. Vnde illis nominibus deſigna-
313 rentur & exprimi debuiſſent. † Tertio non
poteſt referri ad pactiones veſtitas nomi-
ne carentes prout ſunt Contractus innomi
nati nam ſi loquaris de illis ante implemẽ-
tum ſunt nuda pacta l. ex placito C. de rer.
permut. Vnde haberemus intentum quod
vox conuenit in dubio ad nudas pactiones
refertur, ſi vero loquaris de eis poſtquam
implemẽtum ex aliqua parte aduenit quia
tunc veſtis acceſſit & tranſiuit conuentio
in pactum veſtitum atque in nomen Con-
tractus licet innominati, prout fuſius enu-
cleaui in Repetitionibus meis ſuper rubr.
infra de verb. obligat. & ſuper l. iuriſgen-
tium in princ. ſupr. de pact. & tali caſu etiã
non poteſt vox conuenit referri ad illas pa
ctiones veſtitas innominatas quæ ſunt qua
tuor l. naturalis infra de præſcript. verb.
Primo quia illæ habent ſuum nomen vide-
licet permutationis nam omnes ipſæ per-
mutatio ſunt, quamuis anguſtius ſumpta
per-

permutationis vox referatur tantum ad ſpeciem Do vt des; ſed loquor de generali ſignificatione; & tamen adhuc propria: tot. tit. & l. ex placito. C. de rer. permut. vnde verbo permutãdi atque permutationis nomine magis illis proximo & ſpeciali quam ſit eis nomẽ conuentio, & verbũ conuenit, debuerũt potueruntq; ſignificari, † dicuntur enim innominati quia ſingulus quiſque contractus ex illis quatuor, do vt des: do vt facias: facio vt des: facio vt facias ſpecialiter conſiderati carent ſingulari nomine, ſed in genere ſtatim proximo nomen habent, quia ſub voce & genere permutationis continentur propriæ & immediate l. naturalis infra de præſcript. verb. & d. tit. de rer. permut. C. & infra: ſub nomine autem conuentionis longe remotius compræhenduntur. † Secundo quia cum illi omnes Contractus innominati ſint correſpectiui, quia hinc inde & reciproce vtrinque aliquid fit vel datur, iam impoſsibile eſſet iſtud ex narratione actus non apparere, dum dicitur quod Titius cum Caio conuenit, & exponitur ſeries quod reciproca obligatione in faciendo vel dando conuerſim alter alteri ſe ſimul obſtrinxerunt, iam enim verſamur in claris; & non eſſemus in dubio quia conſtaret de ſpecie contractus & quod verbum conuenit dicit 314 315

ab initio pactum nudum, ſed ſtante interuentu rei exprimit Contractum illum, vt permutationis: Vnde haud eſſemus in du-
316 bio & in caſu quæſtionis noſtræ. † Quarto loco neque referri poteſt ad ſtipulationem quia ſi intueris ipſam prout eſt actus quidã & conuentio quædam tunc lętatur ſuo ſingulari & præcipuo nomine ſtipulationis; ſi vero reſpexeris eam ex parte interrogantis competit ei verbum ſtipulatus eſt, & dixeris Publius Meruius ſtipulatus eſt à Lucio Titio, quod ſi ſtipulationem intueris ex parte promittentis iam in Iure deciſum eſt quod verbum promiſit ſignificat actum promittentis per ſtipulationem §. ſi ita ſcriptum inſtit. de inutil. ſtipulat. ergo remanet à ſufficienti enumeratione ipſarum partium quod ad pactum nudum neceſſa-
317 rio refertur iſtud verbum conuenit. † Quod ſi quæſieris qua ratione non fuit è contra inſtitutum vt verbum conuenit referatur ad ſtipulationem, & verbum promiſit ad pactum nudum; quippe cum omnis qui inierit ſtipulationem veriſsimum eſt dici quod conuenit l. 1. §. adeo ſupra de pact. & quicumque promiſerit per pactum nudum etiam verum eſt dici promiſiſſe; quia promiſsionis vox generalis eſt & per quemcunque contractum aut pactum aliquid promittatur iam promittendi actus

explicatus intelligitur, vnde cum duo eſſent actus innominati qui ex ſerie narrationis generalis non poterat cognoſci ab inuicem, nempe pactum nudum & promiſſio per ſtipulationem; dum enim legitur quod aliquis promiſit vel quod aliquis conuenit non poſſum intelligere an conuenerit per ſtipulationem nunc, an promiſerit pacto nudo an ſtipulatione, ergo potuiſſet nomen conuenit ipſi promiſsioni per ſtipulationem donari & verbum promiſit pactioni nudæ aſcribi. † Reſpondemus quod diuerſitatis huius ratio & dubitationis ſolutio in promptu eſt, † Primo quia totum integrale non prædicatur de parte integrali vt Domus de pariete, neq; enim paries eſt domus Bart. in l. qui vſum fructum infra de verb. obligat. † ſed totum vniuerſale ideſt genus dicitur de ſua parte ſubiectiua, nempe de ſpeciei, vt Animal de Homine Aſello & Boue; Bart. ibidem: † ſed ſic eſt quod conuentio eſt totum vniuerſale nempe genus nudæ pactionis ſeu conuentionis, ſed quoad promiſsionem eſt totum integrale ipſius promiſsionis, quia pactum conſtat ex promictente & ex alia perſona cui promittitur l. 1. in princ. ſupra de pact. ergo non poterat nomen conuentionis referri ad partem integralem, de qua non prædicatur; ſed debuit

318 319 320 321

referri ad partem ſubiectiuam, & ſic ad
ſuam ſpeciem innominatam videlicet ad
pactum nudum ſeu nudam conuentionem
322 de qua proprie dicitur; † quia genus pro-
prie ineſt cuilibet ſpeciei Bart. & commu-
nis traditio ſupra in l. i. in tit. noſtro iſtis er-
go rationibus nudæ conuentioni ſeu pa-
ctioni nude fuit potius aſcriptum verbum
conuenit quàm verbum promiſit ſtante ꝙ
pactum nudum ſpecies eſt conuentionis
genericæ: promiſsio vero non eſt eius ſpe-
323 cies ſed integralis pars. † E contra autem
verbum promiſit eſt genus ipſius promiſ-
ſionis quæ fit per ſtipulationem, ſiue enim
ſtipulanti promittas ſiue vendenti ſiue te-
cum paciſcenti ſiue mutuanti ſiue locanti
324 ſemper verum eſt quod promittis † & vox
hæc generica promiſsionis, de omni pro-
325 miſsionis ſpecie prædicatur † ſed quo ad
pactum nudum & reſpectu nudi pacti ge-
nerica ipſa promiſsio habet ſe vt pars
326 integralis ad totum, † nulla autem pars
integralis prædicatur de toto integrali,
quia nulla domus eſt ſub nomine parie-
tis; ſed ex ſolo atque ex tecto & ex parie-
tibus conſtare cernitur gloſſ. in l. eum qui
Aedes infra de vſucap. nec nauis conti-
netur appellatione tabulæ, ſed conſtat
ex tabulis l. proponebatur infra de Iu-
dic. neque ſtipulatio venit nomine inter-

rogatio-

rogationis ſed ex Interrogatione, & reſponſione formatur. l. 5. §. ſtipulatio. infra. de verb. obligat. † igitur verbum 327
promiſit non potuit aſcribi pactioni nudæ, quæ totum eſt integrale; & nomen partis haud prædicatur de toto † ſed aptiſsime 328
fuit relatum ad ſuam ſpeciem innominatam promittendi per ſtipulationem ex quo genus proprie dicitur de ſua ſpecie prout tradidimus. † Et conſiderato quod 329
innominata ſpecies ſuo Iure ad ſe trahit nomen generis ſui d. l. 1. & 2. ſupra de Adopt. † cum igitur legislatores cernerent 330
ſtipulationem (quæ eſt actus creberrimus & firmior quidem Contractus à ſtipite quod eſt firmum nuncupatus §. 1. inſt. de verbo. obligat.) triplicem inſpectionem admittere, & in priori inſpectione nempe in ſeipſo ſingulari nomine ſibi adæquato nempe ſtipulationis lætari, in ſecunda quoque in ſpectione videlicet ex parte ſtipulatoris etiam nomine verboq; ſibi proprio elucere, quia ſtipulatum fuiſſe Titium à Scio dicimus, dum à Creditore exordium volumus noſtri ſermonis ſumere in tertia vero in ſpectionis ratione ſcilicet dum exordimur à promittente ipſam ſtipulationem nomine carere intellexerunt; & icirco circumloquutione & prolixitate orationis atque pluribus vocibus opus eſſe

cogno-

cognouerunt vt talis animi conceptus exprimeretur, nempe neceſsitatis eſſe quod teſtis ſeu tabellio & vnuſquiſque loquens expreſsim declararent, quod per ſtipulationem promiſit ſeius ipſi Lucio Titio, merito ipſi promiſsioni quæ fit per ſtipulationem nomine carenti verbum ſui gene-
331 ris aſcripſerunt; † & in §. ſi ſcriptum Inſtit. de inut. ſtipulat. ſtatuerunt quod verbum
332 promiſit ad ſtipulationem pertineat, † ſi enim neceſſarium eſt verbum promiſsionis referri ad vnum actum, cum non poſsit ad plures referri quando Tabellio in Inſtrumento, aut debitor in apocha, aut teſtis, in a
333 cta vtitur tali verbo † quoniam præſupponitur vnum indiuiduum alicuius conuentionis ſeu Contractus initum fuiſſe inter
334 partes † cur non potius referatur ad promiſsionem per ſtipulationem de qua tanquam genus proprie dicitur quam ad pactum nudum de quo velut tantum pars integralis nullo modo proprie prædicari
335 poteſt, † cur inquam hoc nomen generis non detur potius ſuæ ſpeciei ex quo in genere intelligi non poteſt, cum ſpecies ſuſcipiat nomen ſui generis, potiuſquam alteri termino qui non ſubeſt tali nomini, illudq; ex proprietate nulla ratione ſuſci-
336 pere poteſt † hæc igitur ratio eſt cur verba iſta conuenit & promiſit quando non poſ-

ſunt

ſunt in genere accipi, ſed ex neceſsitate ad vnam ſpeciem vel pacti nudi vel ſtipulationis referri debent, ſtatim fit conſequens quod verbum conuenit abſorbeatur, à ſua ſpecie filiaq; proximiori cunctis;nempe a nuda conuentione; vox autem promiſit illico decurrat ad ſuam illam ſpeciem promiſsionis per ſtipulationem, † non autem cum ſit anguſtior ipſo pacto, velut 337
pars integralis ſuo toto, nitatur contra vires ſuæ naturæ & poteſtatis, velle complecti ſuum totum integrale, quaſi pars velit fieri maior toto, illudq; continere: quod repugnat principijs etiam immediatis & demonſtratiuis, quandoquidem ſcriptum ſit inter principia,† omne totum eſt maius 338
ſua parte.† His accedit Secundo principa- 339
liter loco quod ſi conuentionis nomen ad ſtipulacionem in dubio referri deberet non autem ad pactum nudum, ſane nomen generis per ſaltum, omittens proximiorem ſpeciem filiamq; innominatam,transuolaret ad remotiora; nam dicimus conuentio alia nuda alia veſtita, rurſus veſtitarum conuentionum aliæ cohærẽtia contractus, aliæ rei interuentu, aliæ conſenſu aliæ literis, aliæ re, aliæ verbis prout ſunt ſtipulationes veſtiuntur gloſſ. in l. Iuriſgentium §. quinimo ſupr. de pact.† non igitur deceret 340
nomen generis omiſſa ſpecie propinqua

potius ſpeciem ſpeciei in dubio ſignificare: quamobrem verbum conuenit quando non poteſt ad omnes ſuas ſpecies referri quia generaliter intelligi non poteſt,ſed ad vnam ſui ſpeciem referri neceſſarium eſt, referatur ad illam ſpeciem cui eſt proximũ genus,non autem ad remotiores nempe ad
341 ſpeciem ſpecierum: † ita quoque & verbũ promiſit ad promiſsionem quæ fit per ſtipulationem non autem ad pactum nudum
342 debuit referri; † vt proxima genera quando non poſſum generice accipi ſed ſpecifice capi debent referantur ſingula ad ſuam proximam ſingulam ſpeciem innominatã non autem ad remotiora, vel ad ea quæ non ſunt ſpecies ſuæ neque ſubiecta ſuſceptibilia ſui nominis.
343 † Nota Sexto quòd pacta incontinenti appoſita cenſentur ineſſe etiam in contractibus ſtricti Iuris concordat text. in l. petens C.de pact. de qua re fuſius in quæſtionibus agendum erit quoniam in hoc confluit pelagus materiæ huius legis.
344 † Nota Septimo quòd pacta quæ detrahunt etiam ſi non diceretur ipſo Iure ineſſe, tamen ſuum operarent ur finem reſpe-
345 ctu effectus per viam exceptionis; † & Ratio eſt quia pacta detractiua verſantur ſuper materia quæ non indiget actione ſed ſibi ſatis ſuperq. eſt ſola exceptio; pactum

autem quamuis nudum attamē exceptionem producit l. Iuriſgentium §. igitur nuda ſupra de pact. vnde etiam ſi retineretur pro vera atque præſupponeretur falſa illa opinio quam reiectam fuiſſe I. C. teſtatur videlicet quod in Contractibus ſtricti Iuris pactiones ſtatim adiectæ non ineſſent, ſiue etiam ineſſe non poſſent ipſo iure quia ab interuallo aduenisſent † tamen quoad 346
effectum excipiendo prodeſſent & de hac re patuit, ſupra, In tertio præludio nu, 28. & nu. 35.

† Nota Octauo & vltimo differentiā inter vſuras debitas ex ſtipulatione propter 347
moram ab vſuris debitis ex mora propter ſtipulationem, prout ſupra in Compendio declaratur & diximus.

† Oppono primo ad textū, videtur quod 348
ſemper & indiſtincte ſtipulatio ſuper vſuris debeat iudicari, & regulari tamquam quid acceſſorium quippe cum vſuræ ſint acceſſiones quædam toto titulo infra de vſur. & conſequenter quod pactum incontinenti appoſitum ſuper prima principali ſtipulatione ſortis debeat operari ſuper ſecunda in ſtipulatione vſurarum, nulla adhibita diſtinctione an vſuræ debeantur ex mora an ex ſtipulatione, ex quo ſemper ſunt quid acceſſorium; & omnia acceſſoria, a, principali regulari debent c. acceſſorium de

reg.

reg. Iur, in vj. & tamen contrarium deci-
ditur in hac l. noſtra in §. ſed & ſi quantita-
tem; vnde quidquid dictum eſt in princi-
pali Themate videbatur dicendum ſuper
349 ipſo §. fin. † Solut. Quamuis vſuræ ſint quid
acceſſorium tamen ſecunda ſtipulatio quæ
interrogat vſuras non ex die more ſed ex
die ſtipulationis dicitur eſſe quædam alia
principalis ſtipulatio; vnde pactum quod
deinde adijcitur in dando dilationem &
ſic reſpiciens moram, quam haud voluit ſe
cunda ſtipulatio conſiderare; non poteſt
tale pactum operari ſuper ipſa ſecunda ſti-
pulatione, ex quo eſt quid principale: &
vnum principale nō debet regulari ab alio
principali, ſed a ſe ipſo: quod autem ſecun-
dę ſtipulationes actus voluerit ſe eque prin
cipaliter habere in ſuo caſu vſurarum, de
quibus agitur, inde manifeſtum redditur
quoniam moram præfixam in primo ſtipu-
lationis actu nequaquam voluit quo ad diē
inchoationis vſuræ debendæ (de qua re du-
bitatur) ſpectari oportere moram, ſed
350 diem initi contractus: † ergo pactum ſu-
per mora primæ ſtipulationis non attin-
git ſecundam ſtipulationem æque prin-
cipalem, quoad exigendas ab aliquo
tempore vſuras; intra ipſam ſecundam
ſtipulationem taxato: quæ ſecunda ſti-
pulatio iſto reſpectu principalis eſt, &

ſola : & pactum de ea non loquitur : † ſed 351
in caſu & deciſione principali noſtræ legis
quando vſuræ debentur propter moram in
reddenda ſorte, & diſpoſitio prorogat dila-
tionem ſuper ſorte reſtituenda, prout in l.
noſtra ; tunc etiam includit vſuras ex vi
loquutionis & comprenſionis : † quia ter- 352
minus diſponens de cauſa nempe de mora
illamque auferens ergo diſponit de effectu
vſuraſque tollit; † ſublata enim cauſa eua- 353
neſcit effectus qui inde ſuum natale trahe-
bat Bart. in l. Tutores §. Curatores infra
de adminiſtr. tutor. & eſt ibi tex. & ſane
vt patet eatenus vſurarum ratio admini-
tur quatenus ſua cauſa nempe mora pro-
rogatur & tollitur. † quia effectus regula- 354
tur à cauſa l. age cum Geminiaco C. de
tranſac. cum igitur in caſu noſtro non ſit
diuerſa ratio ſed imo incluſio & compræn-
ſio, merito etiam vſurarum ſtipulatio limi-
tata fuit per pactum ; † quia ſi de fonte ab- 355
ſtuleris aquam & radicem præcideris niti-
diſsime : arboris nec riuuli ex fonte vltra
manabunt nec arbor viriditatem frondiũ
albedinem florum aureatoſque fructus præ-
ſtabit vlterius: ſic quoque per pactum exic-
cata radice , & exhauſto fonte ipſius moræ
vnde vſurarum obligatio dimanabat in ip-
ſa facti ſpecie apochæ Titianæ , neceſſario
ſequitur quod vſuræ illę non debeantur : † 356

&

& hac eadem ratione diluitur & limitatur regula text. in l. qſi vnus § ante omnia ſupra de pact. quam etiam perpendebat Alex. hic col. x. vbi dicitur quod pactum ſuper vna re non extenditur ad aliam rem; nam fallit niſi res illæ ſint ita connexæ vt vna depen-
357 deat ab altera, † quoniam ſublata originali tollitur altera quæ ſumit vitam ab ea quæ perimitur: & etenim ceſſante cauſa ceſſat effectus c. cum ceſſante extr. de appellat.
358 † Oppono ſecundo per contrarium oppugnationis iter. † dicitur in prædictis & præſupponitur quod pactum ſuper principali ſtipulatione operatur ſuper alia acceſſoria & non æque principali; quo ad articulum de quo dubitatio eſt hic. Imo videtur quod diſpoſitio ſuper ſorte nunquam debeat operari ſuper vſuris l. ſi minor infra de condit. indebit. prout etiam argumentatur Iaſ. hic num. 3. ſed pactum noſtrum fuit adiectum ſuper ſorte; ergo non poteſt effectum
359 producere quo ad vſuras. † Solut. quando eſt diuerſa ratio in ſorte & vſuris tunc procedit oppoſitio, prout in d. l. ſi mi. nam minor non debet iuuari, neque repetere poteſt, quando fieret locupletior; & ſic in eo in quo locupletari ipſum contigeret cum aliena iactura l. naturaliter & l. ſi mi. & l. ſequenti eodem tit. infra de condit. indeb. ll. ſed mihi videtur infra commodat. Quã-

obrem

obrem minor à ſorte præſtanda liberatur in d. l. fin. quia ſortem conſumpſerat: vt præſumitur ſimulq; præſupponitur illic: verumenimvero vſuras quas creditori præſtiterat ſi repeteret fieret ex eis locupletior, nam eas non conſumpſerat; vnde nulla ſubeſt ratio quoad vſuras ſolutas, ſicut in ſorte conſumpta. † Quæro an pactum incontinenti appoſitum cenſeatur ineſſe etiam ſi verſamur in Contractibus ſtricti Iuris: & reſpondendum eſt affirmatiue, ita enim probatur primo ex tex. noſtro in verſiculo dicebam & in verſiculo quamuis & in l. petens C. de pact. ſecundum tertium Intellectum magis communiter approbatum, prout teſtatur Alex. hic num. 1. & gloſſ. hic in verbo ſtipulationi & in l. Iuriſgentium §. quinimo ſupra de pact. in verbo bonæ fidei. & in d. l. petẽs Bart. etiam hic in principio Alex. col. 6. num. 17. vbi de communi teſtatur Iaſ. col. 1. & Hier. Butigell. num. 7. & 54. † Nam ſi rei traditio veſtit. pactum quod ſtatim ſequitur l. legem C. de pact. & l. rebus C. de rer. permutat. nec diſtinctio adhibetur an traditio illa verſetur in materia bonæ fidei aut ſtricti Iuris, vt patet ex gloſſ. in §. actionum in verbo ex permutatione inſtit. de action. iuncta. d. l. legem & l. rebus in quibus non diſtinguitur an dum traditio

360

361

rei veſtit pactum, ſimus in actu do vt des an in do vt facias, cum tamen alterum ſit bonæ fidei aliud vero ſtricti Iuris, ergo datur intelligi quod etiam præcedentia Contractus debet veſtire indiſtincte pactum incontinenti adiectum & cohærens, ne ſuper cohærentia ex præcedenti Contractu reſtrictiones illas tam inſignes imaginemur, quas in cohærentijs ex traditionibus præcedentibus noſcimus non inueniri: ſemper enim ſumus in veſtimento per
362 modum cohærentiæ. † Porro omnis pactio cui cohæret aliquis contractus, iam non poteſt dici pactum nudum ſed veſtitum, vt per pendit hic Hier. Butig. nu. 59. impoſsibile autem eſt ex pactione veſtita actionem, ſua virtute non naſci, quia ſola nuda pactio eſt illa quæ non ſufficit ad actionem l. Iuriſgentium §. igitur nuda ſupra de pact. præterea ſi ea quæ in conti-
363 nenti fiunt dicuntur ineſſe † quod eſt dici eſſe pars conditio & lex præcedentis Contractus, vt notatur in d. l. Iuriſgentium §. vt puta poſt diuortium ſupra de pact. & l. 2. C. de pact. inter empt. ergo fieri non poteſt vt actio ex præcedenti contractu non competat ad id, quod de parte ſua eſt: igi-
364 tur &c. † Et iſtud ineſſe operatur duo, primum quia Informat actionem præcedentis Contractus vt competat ad deducta

cta

cta in pacto, Secundum quoniam etiam actionem præſcriptis verbis producit ipſa pactio gloſſ. in l. noſtra in verbo ſtipulationi & in l. Iuriſgentium §. Quinimo in verbo bonæ fidei ſupra de pact. & in d. l. petens C. eod. tit. Bart. hic in compendio Alex. col. 2. num. 1. & col. 6. d. num. 17. Iaſ. & Hier. Butigell. in præcitatis locis Franc. Curt. num. 19. † Quidam tamen 365
ſentiebant in iſtis Iudicijs ſtricti Iuris pactum incontinenti adiectum nouam duntaxat actionem præſcriptis verbis parere, non autem veterem actionem informare, vt refert eos gloſ. in dicto verbo bonæ fidei in §. Quinimo l. Iuriſgentium ſupra de pact. pro quibus videtur pugnare tex. in prædicto §. Quinimo arguendo à contrario ſenſu, dum inquit quod in bonæ fidei Iudicijs pactum incontinenti adiectum informat: ſecundo quia alioquin plus poſſet & firmius eſſet pactum incontinenti appoſitum quam ſi ea in pacto deducta interrogata fuiſſent, nam tunc ſola actio ex ſtipulatu competeret nunc vero duplex actio competit pro obſeruatione deductorum in pacto; ſcilicet actio ex ſtipulatu Informata & præſcriptis verbis: quod abſurdum videtur, ergo &c. † Sed iſtorum 366
ſententia frequentius confutatur & haud veritate niti patet ex text. noſtro in §. di-

cebam, dum inquit perinde eſſe ac ſi deducta in pactum fuiſſent in ſtipulatione ipſa præcedenti expreſſa; quod eſt dici ergo competit actio ex ſtipulatione ad deducta in pactum, quando materia pacti adijceret ad contractum: & propterea actione indigeret & idem liquet ex tex. in d.l. petens dum decidit ex ſtipulatu agi ad deducta in pacto.

367 † Non obſtat argumentatio a contrario ſenſu deprompta ex tex. in §. Quinimo, quoniam reſpondetur quod non valet tale argumentum quando contrarium in Iure reperitur decisum prout inuenitur in caſu noſtro per tex. ipſum noſtrum: nam ſi validum eſſet tale argumentum, ergo neque produceret nouā præſcriptis verbis actionem ex quo tex. in l. in bonæ fidei C. de pact. inquit quod noua producitur actio ex pactione incontinenti adiecta in Iudicijs bonæ fidei, & ſic videtur, a, ſenſu contrario ſecus eſſe in contractibus ſtricti Iuris; & tamen nouam produci defendunt iſtimet qui ita oppugnant; dicentes noua produ-

368 citur ſed antiqua non informatur. † Neque obſtat ſecunda argumentatio quia reſpondetur quod non eſt abſurdum, ex quo nunc adeſt etiam veſtimentum coherētiæ,

359 † & vbi duplex eſt cauſa ibi oportet ſit duplex effectus vt infra quoq; ſtatim patebit:

eue-

euenit igitur iſtud propter ſtatum naturæ rei prout etiam patet ex Alex. Luculentius hic col.fi.circ.fin.

† Proinde quidam dicebant totum con- 370
trarij videlicet quod in Contractibus ſtricti Iuris pactum informat veterem actionem ſed nouam præſcriptis verbis nunquã producit: pro quibus primo illa argumentatio pugnare videbatur quod lex abhorret fruſtratorios actus l.ſi quando ff. de leg. 1. ſed ſic eſt quod propter informationem actio ex contractu præcedenti competit ad deducta in pactum,ergo non indigemus
actione præſcriptis verbis. † Secundo quia 371
ſi ipſa pactio adiecta incontinenti pars eſt præcedentis Contractus & ideo veterem informat actionem d.l. Iuriſgentium §. vt puta poſt diuortiũ ſupra de pact.& fatẽtur omnes ergo nouam producere non poteſt; quia pars & ſic pactum regulari debet, a, ſuo toto nempe, a, contractu atque ab il-
lius actione.† Tertio quia implicat contra- 372
dictionem velle antiquam actionem informare & nouam producere; quia dum informationi annittitur pactum,nihil aliud prætendit aut profitetur quam ſequi alterius naturam & conditionem: dum autem ad nouæ actionis generationem conuertitur, ſtatim negat ſe alterius actus ſequelã retinere velle,ſed ſuis conſiſtere pedibus obte-

ſtatur, tamquam quid ſeparatum, a præcedenti actu; ita vt non partem ceteris partibus totius cohęrentem ſed extremum ipſi toto cohærens ſe eſſe pronunciet; non intra præcedentem actum conquieſcere atque illi immiſceri, ſed extra permeare & conuagari clamitat: non eſſe de materia aut forma illius, ſed oppoſitam ſe illi ſpe-
373 ciem & ab eo diuerſam manifeſto dicat: † non poteſt autem idem terminus eodem reſpectu nempe in relatione ad eundem contractum, & ad vnum idem totum eſſe pars illius & ſimul eſſe aliud oppoſitum totum; neque enim poſsibile eſt intrinſecus vt pars componere ipſius Contractus exiſtentiam & extrinſecus eidem Contractui tamquam oppoſita ſpecies ſeu diuerſa cohærere: iſta enim ſunt contradictionis im-
374 plicatiua. † Sed iſta quoque ſententia confutanda eſt quia imo veriſsimum eſt quod pactio incontinenti adiecta pars eſt præcedentis Contractus; & tamen etiam quoque eſt terminus oppoſitus & cohærens; diuerſis tamen reſpectibus; vt ſtatim deducam: vnde in quantum eſt pars ſequitur quod ꝑ neceſſe informet actionem præcedentis Contractus: quatenus vero eſt quid cohærens fit quoque conſequens quod ex neceſſitate pariat nouam actionem, ex quo dum pars eſt non poteſt actio totius non comple

cti

ſti omnes ſuas partes: & quatenus eſt diuerſus cohærens terminus veſtitus ratione prædictæ cohærentiæ, non poſsit non producere ſuam propriam actionem, † ſtante 375
quod cohærentia non poteſt non veſtire ſed veſtimentum ex neceſsitate præſtat: veſtis autem perneceſſe donat facultatem producendæ actionis † cum nihil aliud ſit ob- 376
tineri cohærentiam contractus, a, pactionibus; quam veſtiri: † veſtem vero adipiſci 377
nihil aliud ſit quam fieri actus efficax ad producendam actionem vt patet ex gloſſ. in l. Iuriſgentium §. quinimo ſupra de pact. & ex ipſo tex. in d, l. in princ. † impoſsibi- 378
le igitur eſt pactum veſtitum ſtatim atque adipiſcitur veſtimenti calorem, & robur, actionem non producere, quia nudum pactum eſt illud quod actioni non ſufficit d. l. Iuriſgentium §. igitur nuda pactio; ſupra de pact. non autem veſtitum d. ead. l. in princ. vt autem diuerſitas reſpectuum pateat, & à nobis probetur: † 379
ſciendum eſt quod pactum incontinenti adiectum dicitur eſſe vere & proprie pars præcedentis Contractus inſpecta mente Contrahæntium, † quia ea conditione & 380
lege præſumuntur atq; cenſentur iniuiſſe præcedentem Contractum vt etiam ſeruentur deducta in pacto quod incontinenti adhiberi contigat: liquet autem hoc ex

doctrina Bart. hic col. 3. verſiculo Vltramontani dicunt; vbi firmat deciſionem:
381 † quod tunc dicitur pactum incontinenti adiectum, quando partes non habuerant adhuc pro abſoluto principali contractu
382 præcedenti; † ſed quoad verba ſecus eſt quoniam inſpecta ſermonis & actus veritate & formalitate eſt terminus quidam cohærens & diuerſus ab ipſo Contractu, in ſui eſſe diſtinctus; nempe eſt pactum quoddam nudum; & id quod procedit eſt contractus quidam; inſuper ille eſt veſtiens
383 iſtud eſt id quod veſtitur; † & ſic ſunt duo actus in ſe diuerſi vnus cohærens alteri in ſuo eſſe naturali, & reſpectu ſermonis:
384 & hoc inſpecta veritate in vtroque caſu: † quo autem ad fictionem ſemper pactū incontinenti adiectum etiam quoad verba dicitur eſſe pars præcedentis Contractus: quoniam lex conſiderans atque inſpiciens eſſe duos actus perpenſa ipſorum naturali eſſentia, & formalitate & librata ratione ſermonis; tamen quod ex mente agentium
385 vnus eſt actus; ideo † fingit ea quæ in pacto deducta ſunt fuiſſe in contractu principali expreſſa, verboq. pronunciata; & hoc eſt id quod dicit Paul. I. C. in l. noſtra in §. dicebam in tex. perinde hac ſi per ſingulos
386 menſes ſtipulatus: † Cum igitur quo ad mentem contrahentium pactum nudum

incontinenti adiectum proprie ſit pars pręcedentis Contractus: quo autem ad verba ſit terminis diuerſus & cohæres etiam proprie & vere: ſed quoad fictionem pars ſit quoad ſermonem quoque ergo patet multos eſſe diuerſos reſpectus, & habitudines quæ ſuper iſtis duobus extremis cernuntur; ſicut etiam ſatis colligitur ex Alex. hic col. fin. circ. fin. Vnde & neceſſario ſequitur quantum dicebamus ſupra, videlicet quod antiqua actio informatur & noua præſcriptis verbis producitur ſicut ſupra deduximus. † Neque obſtant contraria argumenta quia ad primum Reſpondetur quod non dicuntur actus fruſtatorij puralitas & numeri actionum, qui ex diuerſis fontibus & cauſis proficiſcuntur: tum quia diuerſi effectus apprime vtillimi ex diuerſitate actionum conſurgunt tum quoniam † nulla cauſa poteſt eſſe ſine effectu ſuo d. l. vnica §. ſi quis homini C. de latin. libert. tollend. Vnde in vniuerſa Ciuilis diſciplinæ machina, cernimus crebro plures actiones competere; ſed tantum actorem teneri alteram eligere l. quod in hæredem §. fin. ff. de tribuit. & l. fin. C. de coduill. cum ſimil. ita vt etiam quandoque liceat vna electa ad aliam conuolare d. l. fin. in fi. † Ad ſecundum reſpondetur quod reſpectu ſermonis & naturalis eſſentiæ & formalitatis
387 388 389

ſuæ

ſuæ propriæ, pactum hoc nudum Inconti-
nenti celebratum eſt quidam terminus di-
uerſus & cohærens, & ſpecies quædam op-
poſita non autem pars ipſius præcedentis
Contractus; vnde non debet regulari, a,
toto cui non eſt pars; ſed veſtiri ipſum ne-
ceſſe eſt, a, cohærentia ipſius contractus
390 poſt quem ſtatim adiectum fuit. † Ad ter-
tium reſpondetur quod non ſequitur ali-
qua implicatio contradictionis ſtantibus
diuerſis reſpectibus; quare pactum quo ad
mentem ex veritate & proprie pars eſt, &
ſequitur naturam principalis actus, tam-
quam pars naturam totius, & tale ſe pro-
fitetur: Et iſtud idem eſt inſpecta fictione
etiam quo ad verba: ſed ſi veritatem pro-
prietatemq. in ratione ſermonis & in na-
turali eſſentia actuum ipſorum ſpectamus
tunc duo ſunt actus vt patet ad ſenſum;
nam aliud eſt Contractus aliud eſt pactum
nudum, quorum actuum, ſequens explica-
tus eſt cohærenter poſt primum; Vnde bi-
ni ſequuntur effectus; primo quod per ſe
ſuis pedibus manet, ſecundo quod veſti-
mentum ſortitur propter cohærentiã præ-
cedentis; & ſic merito producit actionem,
nam hoc reſpectu non eſt pars ſed termi-
nis in ſeipſo diſtinctis, ſua (vt ita loquar)
felici ſorte veſtitus; quandoquidem non
poſſit veſtiri, a, cohærentia non id quod co
hærenti

hærenti natiuitate promitur in lucem : Igitur actionem producit. † Sed quæro quare fingitur ineſſe quo ad verba ex quo ex veritate mentis quæ principaliter ſpectari debet, & quæ dat formam Contractibus l. inconuentionalibus infra de verb. obligat. propriæ & vere ineſt; & ſic fruſtra fictio introducitur in caſu haud neceſſario. † Solut. animus in mente retentus licet ſignis declaratus nihil operari poteſt. quando verborum ſonus exprimit contrarium eius quod in animo eſt, niſi ea verba contraria Iuris fictione ſeu declaratione abijciantur; † quia in dubio eatenus diſpoſitio extenditur quatenus verborum ſignificatio patitur l. quod conſtitutum de milit. teſtam. † & vbi deficiunt verba legis illic quoq; deficit diſpoſitionis compræhenſio & effectus, l. 4. §. totiens de dam. infect. infra, ſed ſic eſt quod iſta mens præſumpta quæ colligitur ex eo quod pactum cohærenter ſtatim partes adiecerunt, non ſolum in animo occulta remanſit, ſed inſuper verborum ratio oppoſitum exprimit; † quoniam nihil tam contrariũ comprehenſioni quam cohærentia: ſi enim cohæret terminus termino ergo non compræhenditur ſub eo; † nam ſi contineretur ergo non cohæreret ſed includeretur; igitur fictione & declaratione

391 392 393 394 395 396

ratione legis opus fuit; ex quo reſpectu rationis verborum, pactum non erat neq; eſt pars præcedentis Contractus ſed ſpecies oppoſita, & terminus diuerſus cohærens:
397 † impoſsibile enim erat actiones ex ſtipulatu competere vbi ſtipulatio aut vera aut ficta non extitiſſet: pariter neq; fieri poterat quod actio ex empto vel alterius contractus adeſſet vbi deficiente veritate em-
398 ptionis ipſa emptio non fingeretur, † quia omnis actio empti & venditi locati & conducti & ex ſtipulatu & aliæ omnes inueniuntur duntaxat quando ſuus contractus vere aut ficte adeſt, vt patet ex tot.tit. de verb. obligat. iuncta l. vnica §. accedit & per totum C. de rei vxor action. & ex regula tex. in l. ſi is qui pro emptore infra
399 de vſucap. cum ſimul. † nec dicas aderat præſumpta emptio vel ſtipulatio præcedens, ex quo pactum incontinenti adiectum dicitur proprie & vere eſſe pars præcedentis contractus; inſpecta mente contrahentium vt præſupponitur, & prout ſupra declaratum fuit, vnde non opus erat fictione ſtante præſumptione concludenti
400 quæ ſufficiebat † quia Reſpondetur quod. Tria ſunt nempe veritas præſumptio & fictio numquam autem cadit ipſa præſumptio contra veritatem apertam & certam, ſed quinimo licet præſumptio non ſit veri-
tas

tas, tamen eſt ſignum & coniectura veritatis occultæ: vſque adeo vt id quod præſumitur, & ſic terminus præſumptus dicatur eſſe proprie talis & intelligitur vere non autem ficte adeſſe quare dolus præſumptus proprie & vere dolus eſt; Bart. in l. quod nerua infra depoſit. cum igitur ex veritate certi ſimus quod deducta in pactum non fuerunt expreſſa in contractu præcedenti, finge in emptione vel ſtipulatione, ſunt enim duo actus diuerſi ipſe contractus & pactio nuda; † ergo impoſsibile 401
eſt præſumi contra veritatem cognitam & certam, vnde non poteſt præſumi emptio vel ſtipulatio quia certi ſumus quod deducta in pactum non fuerunt ſtipulatione interrogata neq; empta, alioquin non eſſet pactum nudum incontinenti appoſitum ſed vnus Contractus atq; ſolitarius actus, † præſumptio autem verſatur ſuper incertis 402
ſicut fictio ſuper certis; ad ſcribentes in d. l. ſi quis pro emptore infra de vſucap. † 403
mens autem agentium quia in certa eſt, & ex ſignis colligitur videlicet quia cohærenter illico adiecerunt pactionem ipſam nudam, ipſa eſt quæ præſumitur; & quæ cum præſumpta ſit per ipſam legem, proprie & vere adeſſe noſcitur; † quoniam 404
termini præſumpti ſunt veritas l. fin. §. mulier in verbo veritati iuncta ibi gloſſ. in

verbo

verbo ſemper fore, infra de probat. cur enim lex præſumit niſi quia tametſi incertitudo facti & ſcientiæ eius obſtet oculis noſtris, tamen probe noſcit ipſa lex quod
405 veritas ita ſe habet, † ſed pro actione ex empto opus eſt emptione non autem ſola emendi mente, & pro actione ex ſtipulata indigemus verbis aut veris aut fictis, nempe ſtipulatione vera vel ficta, non autem mente ſola ſtipulandi: ergo neceſſaria fuit fictio, ſcilicet quod pactum cohærens fingeretur pars præcedentis actus, vt actio ex ſtipulatu vel ex empto aut ſimilis præcedens competere poſſet ad deducta in pactionem; vt inquam informari poſſet actio ex illo præcedenti contractu quiſquis ſit, & dari poſſet ad deducta in pactum incontinenti adiectum: quia ergo librata contrahæntium ipſorum mente pactio ſtatim adiecta, vere & propriæ pars eſt præcedentis contractus, fingæ ſtipulationis; ſed tamen iſtud non ſufficit ad concedendum actionem ex ſtipulatu, ideo ex tali mente quam lex inſpexit colligitq; ex facti qualitate Iuxta tex. in §. fin. inſtit. de hæred. qualit. ad differen. naſcitur æquitas fin-
406 gendi † nam omnis fictio nititur æquitate Bart. & ſcribentes in d. l. ſi is qui pro emptore infra de vſucap. & propterea lex fictionem introducit vt ad plenum volun-

tati, & menti eorum qui contrahunt ſatisfiat & integerrimum ſortiatur iuxta ipſorum mentem, effectum; actus celebratus.

† Non obſtat igitur tex. in l. in conuentionalibus infra de verb. obligat. quia fateor voluntas agentium dat legem & formam contractui, Sed reſpondetur quod & ideo vt ſecundum ipſorum mentem competere poſsit actio, lex introduxit fictionem, cum alioquin actio præcedentis Contractus vt patuit non poſſet iuxta mentem Contrahentium concedi igitur pro nobis pugnat ille tex. † qui ampliatur vt liquet quod vſq; adeo vera eſt regula illa iuris vt vendicet ſibi locum etiam dum ratione ſubiectæ materiæ repugnantis & ratione naturæ effectus qui deſideratur voluntas partium non ſufficit ad talem effectum, fortaſſe quia defuerant in verbis & in modo formandi veritatem actus; tamen tunc lex introducere ſolet & debet fictionem ad finem vt voluntas ipſorum qui cõtrahunt pleniſsime adipiſcantur id quod intendunt atq; vt omnino ipſamet voluntas partium det regulam & legem ipſi contractui. 407 408 410

† Tertio loco Domini vltramontani mediam quandam quodammodo elegerunt opinionem nempe quod ſemper pactum in continenti adiectum informet veterem actionem etiam in materia ſtricti Iuris, ſed 409

quoad

quo ad nonam actionem præſcriptis verbis
producendam pertinet,diſtinguendum ſit;
nempe vt ita demũ noua huiuſmodi actio
producatur ſi facta collatione pactionis in-
continenti adiectæ ad contractum præce-
dentem reſultat contractus innominatus
aliquis, finge do vt facias vel alius huius
generis, pro quibus datur actio præſcri-
ptis verbis, iuxta tex. in l. naturalis. infra
de preſcript. verb. ſi enim vendidi Tuſcu-
lanas meas ædes pro mille ſextertijs & in-
continenti pactio adijcitur quod etiam va-
das pro me Romam, contractus quidam
innominatus cernitur exurgere in rerum
naturam, dum eorum quę continentur in
pacto fit collatio ad contractum venditio-
nis præcedentis; nam ego venditor Do-
mum trado tu vero vadis pro me Romam
ergo in hac parte do vt facias, igitur præ-
ſcriptis verbis vt vadas ad vrbem compe-
410 tit mhi actio d. l. naturalis; † Cæterum, ſi
mille ſtipulatus ſim à te & ſtatim pactum
adijciatur quod etiam ipſam orbis Vrbem
Romam conferre te pro me debeas, tunc
actio præſcriptis verbis non naſcitur de
ſententia ſubtilium vltramontanorum,
quoniam nihil ipſe facio aut dot. tu vero
primo mille promiſiſti deinde etiã ire Ro-
mam couenisti vnde collatione facta ip-
ſius pactionis ad cotractum nullum cerni-
tur

tur alicuius contractus correſpectiui & in nominati ſimulacrum exurrexiſſe; ſed tu es ſemper is qui dat & qui facis; & ſic non inuenitur vllus ex illis quatuor correſpectiuis Contractibus innominatis Do vt Des: do vt facias: facio vt facias: facio vt des, de quibus in d. l. naturalis infra de præſcript. verb. † Sed iſta quoq; ſenten- 411
tia ſubſtineri non poteſt; quoniam vt ſuperius proxime docuimus, nihil aliud eſt dici veſtiri cohærentia contractus quā actionem producere; naſcentē ex ſe pacto, quia hoc eſt eſſe veſtitū: ſicut pariter dici ineſſe quod eſt dici vere proprieq. quo ad mentē contrahentium eſſe partem præcedentis contractus & quo ad verba ex fictione iuris haberi vt pars præcedētis qui præcedit contractus, nihil aliud eſt quam actionem ipſius contractus antecedentis informare, & effici vt competat ad deducta in pactū; ex quo pactio eſt pars, & pro parte illius contractus; habetur reſpectiue: Cum ergo duo ſint ineſſe contractui: & veſtiri a contractu præcedenti nempe a cohærentia ipſius contractus ideo pactum in quantum ineſt informat, in quantum veſtitur neceſſarium eſt vt nouam actionem producat: † 412
datis enim duabus cauſis ſufficientibus vel neceſſarijs ad duos diuerſos effectus ſtatim duo illi ſequuntur effectus per neceſſe: quia

S poſita

interrogationem præceſsiſſe etiam ſuper deductis in pactum prout inquit Paul. I. C. hic in l. noſtra §. dicebam ibi perinde eſſe &c. tunc dicendum propterea ſit quod informat dumtaxat contractum pręcedentē non autem veterem obligationem neque antiquam actionem præcedentis ipſius cōtractus; ſed quod multiplicat numerum ipſorum contractuum atque actionum numeros, † nempe quia contractus ſociatur cō- 415
tractui, ficta ſcilicet ſtipulatio alteri præcedenti vere ſtipulationi; & ſocia adijcitur actio ex ſtipulatu naſcens a ficta ſtipulatione alteri præcedenti actioni ex vera ſtipulatione naſcenti : Veruntamen veritate conſiderata proprie informatio adeſt, quia pactum nudum incontinēti adiectum non fuit ſtipulatum id eſt interrogatum, & tamen quia cenſetur ineſſe ſtipulationi præcedenti ideo actio exſtipulata datur ad deducta in pactum, ergo propria & germina adeſt informatio veteris actionis. † 416
Neque obſtat quod tot cenſeantur ſtipulationes quot res ſtipulatæ, quia illud verum eſt quotiens omnes illæ res ſunt interrogatæ, licet vno ictu interrogatio emanauerit, veluti promittis mihi Domum Tuſculanam, vincas Sejanas, & prædia Titiana, & reſpondis promitto, nam tot erunt ſtipulationes quot ſunt res: quia in omnibus

adeſt verbum illud interrogãs promictiſne relatum vnica expreſsione ad omnia
417 commemorata, † ſed quando res deducta in pactum non ingreditur ſtipulationis interrogationem, quod patet & præſupponitur eo ipſo dum dicimus verſari ſuper pacto incontinẽti appoſito, tunc actio ex ſtipulatu quę ad eam rem in pacto deductam competit eſt ex informatione ſi veritatem ſpectes, ſed tantum erit ex multiplicatione actionum ſcilicet ex ſtipulatu ſi fictio-
418 nem inſpicias. † Tres ergo ſunt caſus, primo ſtipulari rem vnam deinde aliam pariter per ſtipulationem interrogare, & tunc dicũtur multiplicari ſtipulationes non autem Informatio vlla continetur: Secundo ſtipulari res aliquas multas copulatim vnica interrogatione vt puta hoc & illud atq; aliud illud, & tali caſu dicuntur tot ſtipulationes quot ſunt res; d.l. ſcire debemus infra de verb.oblig. quia in qualibet re adeſt vera interroga tio; Nam verbum promittis Domum & vineam & fundum cenſetur repetitum indiuidualiter in vinea & in fundo: ſed & in ſingulis proprie atque generice cernitur expreſſum; nam genus proprie ineſt cuilibet ſpeciei, Bart. & communis traditio in l.1.titul.noſtro: Tertius eſt caſus ſtipulari rem vnam ſed pacto nudo aliam adijcere, & tali caſu veritate inſpe-
cta

cta vna eſt ſtipulatio informata ad deducta in pactionem; ſed ſi fictionem inſpexeris duæ ſpectantur ſtipulationes altera vera & præcedens, altera ficta & ſequens; ex quo res adiecta perpactum & ſic per ſtipulationem fictam eſt noua quædam res, & tot cēſentur ſtipulationes quot res; † prior 419
igitur ſtipulatio vera eſt in caſu noſtro, & ſecunda eſt ficta, ſed pro veritate eſt pactũ nudum veſtitum cohærentia præcedentis ſtipulationis informatæ; vt competat ipſa præcedens ſtipulatio per ſuam actionē ad deducta in pactum; & iſtam ampliationem etiam firmat Phil. Dec. hic nu. 27. & Franc. Curt. nu. 19. in fin. quæ omnino probanda eſt; quicquid in contrarium docuerit Dominus Iaſon. & poſt ipſum Dominus Butig. hic nu. 55. nam ex ſupradictis reſpondetur ad omnia quæ ipſi dicebant multiplicari actiones non autem informari. † Amplia 420
ſecundo etiam ſi ſtipulatio præcedens contineat certum: Sed pactum incontinenti adiectum contineret incertum; nam adhuc informari dicitur contractus qui præcedit, & ideo duæ actiones oriuntur ex ipſa præcedenti ſtipulatione nempe certi cōdictio ad ea quæ certa ſunt in ipſa ſtipulatione expreſſa; & actio ex ſtipulatu ad deducta in pactionem: & tamen etiam ex pacto oritur quoque actio pręſcriptis verbis

tio reſpectu duorum ex terminis, nempe ipſius contractus & obligationis non autem actionis;quia in actione multiplicatio aduenit, ita tertio loco in iſta tertia ampliatione pactum incontinenti adiectum informat duntaxat vnum extremum ſcilicet ſolum contractum non autem obligationem vel actionem, quippe quia quoad ipſam obligationem & actionem transformatio facta proſpicitur:† adeo vt quemad- 422
modum tria ſunt contractus obligatio & actio l. licet §. ea obligatio ſupra de procurator. ita † in caſu primæ ampliatio- 423
nis ſingula ipſa tria informantur per pactum ampliatiuum: ſed per pactum detractiuum omnia eſſentialiter atq; ipſo Iure minuantur; † verum in ſpecie ſecundæ 424
ampliationis duo prima informantur per pactionem ampliatiuam; & ipſo iure comminuuntur per detractiuam conuentionem incontinenti adiectam, tertium vero extremum ideſt actio multiplicatur: † 425
demum in themate huius præſentis tertiæ ampliationis primum duntaxat informari aut minui intelligitur, duæ autem ſecundæ videlicet obligatio & actio transformantur: † Vnde ſi econtra præceſſerat pura 426
ſtipulatio & pactum incontinenti celebratum ingerat conditionem ipſo Iure & ſubſtantialiter contractus diminutus eſt, ſed

obligatio & actio transformatæ fuerunt; nempe ex puris in conditionales traductæ & iſta ſunt quæ intellectu ſuo excellenti vo luit dicere effectualiter Bart. hic col. pen.
427 verſiculo quæro pone quod ego : † probantur autem iſta huiuſmodi rationibus videlicet certiſsimi Iuris eſt quod conditionalitas aut puritas in contractibus ſunt accidentalia quædam eorum cum poſsint adeſſe & abeſſe ſingula præter ſubiecti cor ruptionem , ergo pactum ampliatiuum nempe adiiciens puritatem contractui conditionali dicitur illum informare quo-
428 niam verſatur ſuper accidentalibus eius, † ex quo accidit contractui pure vel ſub conditione fieri ; nam quomodocumque fiat ſemper tamen verum eſt dici quod contractus qui facti eſt l. conſilio infra de curat. furioſ. iam productus eſt in rerum naturam quoad ſe licet obligatio & actio in pendenti verſentur l. cum ad præſens &
429 l. itaq; ſupra tit. noſtro : † Quo autem ad obligationem & actionem adhibere puritatem vel conditionem eſt attingere eſſentiam ipſorum quoniam pura obligatio & actio ſtatimnaſcuntur & dies ceſsiſſe & veniſſe dicitur l. cædere diem infr. de verb. ſignific. ſed conditionalis obligatio non dum nata eſt & multo minus actio, vnde eorum dies non ſolum haud venit ſed neq;

ceſsit

ceſsit d.l. cedere † & propterea ex com- 430
muni ſententia debitor purus vel ex die
proprie dicitur debitor ſed conditionalis
improprie l. decem infr. de verb. obligat.
Bart. & communis ſententia ſupra in l. 1.
cir. fin. tit. noſtro:quotiens igitur pactum
incontinenti adiectum obligationem præ-
cedentis contractus conditionalem conſti
tuit vt pura ſit, vel e conuerſo puram in
conditionalem transfert;tunc vt luce me-
ridiana clarius patet tale pactum traducit
ſpeciem obligationis in aliam ſpeciem †ex 431
quo differũt ſpecie,& proprietate ipſa obli
gatio conditionalis ab obligatione pura &
debitor ſub conditione,a,puro debitore vt
diximus; & ſic transformatio dicitur,quē-
admodum in præludijs docui;†forma enim 432
rei attingitur,& in aliam traducitur,& for
ma eſt quæ dat eſſe rei l. Iulianus §. ſed &
in quis ff. ad exhiben. merito transforma-
tur † & ita mea ſententia omnino dicendũ 433
eſt omiſsis opinionibus gloſſ. hic in verbo
tractum, & Cy. & Ruph. Caſtren. & Alex.
ſub nu. 16. & Hier. Butigell. ſub num.75. &
ſeq. nu. 96. & And.Alciat.colum.2. & alio-
rum quotquot de hac re ſubtiliter ſed non
penitus vere diſſeruerint.

† Sed quæro vtrum verum ſit quod pa- 434
ctum detractiuum incontinenti adiectum
minuat ipſo Iure obligationem, & actionē

præ-

præcedentis contractus an potius dicendum ſit, quod ope duntaxat exceptionis producat effectum ſuum: & in hac quæſtione diffuſas fuderunt tractationes Bart. & cæteri Iuris noſtri Interpratres ſenſitq. ipſe Dominus Bart. quod ope exceptionis: vt patet ſub col. 4. verſiculo quæro vtrum
435 perpactum: † & eandem ſententiam communem opinatus fuit Phil.Dec. hic nu. 32.
436 † Contraria tamen ſententia quam ſuperius ſemper firmaui & præſuppoſui verior eſt & magis communis, quã ipſemet Bart. probauit in l. quibus diebus §. quidam Titio infra de cond. & demonſtr. & firmarũt hic Raph.& Ludouic.Roma.& Hier. Butig.
437 nu. 86. † Nam ſi pactum incontinenti appoſitum dicitur ineſſe & pars eſt præcedẽtis contractus & lex, vt ſuperius enodauimus, ergo non poteſt lex non dare legem, & pars non eſſe partem & conditionem nõ operari ipſo Iure quia proprium & eſſentiale legis eſt legem infigere, & partis eſſe partẽ & conditionis ipſo iure operationem ſuam afferre, neque enim impoſsibile eſt pactioni nudæ etiam ipſius natura & vi inſpecta vt operetur ipſo Iure; quando ſubiectæ materiæ qualitas & ratio ita patitur aut expoſtulat l. ſi vnus §. pactus ne peteret verſiculo ſed ſi pactum ſupra de pact. l.
438 ſi tibi §. quadam eod.tit.† etenim ſi pactio amplia-

ampliatiua incontinenti adiecta quoniam ineſſe dicitur & pars viſcerum contractus præcedentis intelligitur ideo non ſolum ipſo Iure informat veterem actionem ſed nouam quoque actionem pro contẽtis ſub ſemetipſa pactione producit, non minus quam præcedens contractus, in his quæ continebat contractus ipſe:† ergo pari ra-
tione pactio detractiua deliteſcens intra 439
ipſa viſcera contractus qui præcedit quoniam incontinenti adiecta eſt dum non dũ habitus erat cõtractus pro abſoluto vt declarat hic Bart. col. antepenult. & fatetur Phil.Dec. ſub prædict.nu.32. dicendum eſt quod duos ipſos oppoſitos effectus in oppo ſito caſu producat nempe vt nõ modo exceptionem pariat in detractis verum etiã ipſo Iure comminuat præcedentem actionem omni proculdubio : † qnia id quod
operatur propoſitum in propoſito etiam 440
operari debet oppoſitum in oppoſito l.fin. §.fin.infra de legat.3.Sicut ergo pactio adiectiua informat veterem actionem veriſſime & mero Iure, illius materiam & formam extendendo : ita iſta detractiua minuit materialiter & formaliter & ſic ipſo Iure † atque ſicut illa nouam producit pro
ſe actionem ita iſta pactio quæ detrahit 441
ſuam pro ſe parit exceptionem ; alioquin non eſſet differentia an incontinenti an ex

inter-

interuallo adhiberetur; quod perabſurdũ
442 eſt dici, † quippe cum de iſta pactione detractiua loquatur in tex. noſtro Paul. I. C. & tamen ponderat quod incontinenti fuerat adiecta: ſed quid plura ſi accuratiori animo penſitenuus literam noſtri contex-
443 tus † in puncto deciditur per Paulum ipſum quæſtio hæc in verſiculo & ſi vt ille; dum inquit quod retẽta contraria illa quæ reiecta fuit prout ipſemet teſtimonium di cit ſententia quod pactum incontinenti adiectum in contractibus ſtricti Iuris haud ineſſet, & ſic quod prodeſſet tantum ad excipiendum; tamen vſuræ adhuc ipſo Iure non fuiſſent commiſſæ nẽpe quia vt Bart. & cæteri communi calculo declarant eſſemus in committendis; ergo ſtante veriori ſententia per auctorem huius legis Paulũ prædictum I. C. probata; quod imo pacta incontinenti adiecta inſunt etiam in ſtipulationibus & ſic in cõtractibus ſtricti Iuris: patet quod non ſolum in committẽdis ſed in commiſsis ſuum operatur ipſo Iure per ſuam virtutẽ effectũ; alioquin nullius vtilitatis eſſet quod ſententia iſta diuerſa obti nuerit, nempe opinio ꝙ pactiones incontinenti adiectæ etiam in contractibus ſtipulationum & ſimilibus ſtrictæ materiæ ineſſe intelliguntur, prout lectores omnes monet ipſe I. C. in d. verſiculo & ſi vt ille.

ibi

ibi quamuis &c. † quibus accedit quod 444
dici ineſſe nihil aliud eſt quam affirmari quod fingitur intra eſſe, atque expreſſum fuiſſe intra fines præcedentis contractus: prout etiam firmat auctor noſtræ legis hic in verſiculo dicebam ibi perinde: † 445
ſed fictio idem operatur quod veritas l. vnica §. accedit C. de rei vxor act. & per totum illum titulum & l. ſi is qui pro emptore & illic Bart. & omnes infra de vſucapio. vnde ſicut vera quæ ſecuta eſſet cõtraria derogatoria ſtipulatio ipſo Iure celebratam præcedentem de qua agitur natamq; ſtipulationem & illius obligationem actionemq; in ea parte in qua illi derogaret pænitus ſubſtuliſſet, ita quoque efficit hoc pactum nudum incontinenti adiectum quod dicitur ficta derogatiue contraria ſequens ſtipulatio §. dicebam in verbo perinde in tex. noſtro & ſuperius in ampliationibus proxime præcedentibus patuit † imo quod plus eſt cum inſpecta 446
mente contrahentium vere pars ſit contractus præcedentis pactio iſta, liquet quod nec vere nata erat adhuc obligatio & actio ex præcedenti contractu; quandoquidem nondum pro abſoluto habitus erat; aut ſi nata erat † profecto intelligi- 447
mus quod reſolutiue ſub conditione prodierat in lucem, nempe niſi contraria pa-

ctio

ctio incontinenti adijceretur;quamobrem eueniente conditione contrariæ pactionis incontinenti adiectæ, non potuit non reſolui cõtractus in ea parte quam detraxit hoc pactum;quod eſt ſua conditio, à qua pendebat l. 1. §. item cum ipſe & ibi gloſſ. in verbo mortis cauſa de donat. & l. 2. de in diem adiection. & l. 1. de leg. commiſſ.
448 infra † & propterea indiſtincte tam in commiſſ. quam in committendis ipſo Iure detrahit & diminutum reddidit præcedentem contractum obligationem & actionem, & comminuta illa ipſo Iure eſſe declarauit talis pactio detractiua incontinẽti appoſita;quæ eſt cõditio ſub qua reſoluitur præcedens contractus, eatenus quatenus iſta conditio reſolutiua à qua pendebat, detrahit & detractura erat.
449 † Quæro an veritati nitatur Bart. & plurimorum ſententia de qua totiens ſuperius memini quod pactio tunc incontinenti adiecta intelligatur quando contractus non dum erat habitus pro abſoluto:& reſpondendum eſt affirmatiue quia eo ipſo quod pactio ſtatim adijcitur & tamen cõtractus in ſe ipſo perfectus conſpiciebatur, inde cognoſcitur quod aliud monſtrabat præcedens actus explicatus: & aliud cernitur verſari in mente partium contrahentium, quæ præſumuntur ea conditione

ne contractum præcedentem explicuiſſe niſi quippiam aliud illico placuerit: † dicas igitur quod aliquid incontinenti fieri dicitur principaliter tribus modis & Primo illud dicitur incontinenti fieri quod infra curricula quindecim dierum aut plus vel minus arbitrio Iudicis iuſte arbitrantis experiri poteſt, vt in materia tex. l. fi. C. de ediect. Diui. Adriæ. tollen. † vnde exceptio Dominij quæ ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ admittitur ſi incontinenti probatio offeratur, obtinet ſpatia quindecim dierum aut plus vel minus arbitrio Iudicis honeſte dimentientis ſpatium, & tamen dicitur ea exceptio Incontinenti probata, quemadmodum communi ſententia deciſum eſt in d. l. fin. & in l. 2. d. tit. C. de edict. diu. Adria. tollen. † Secundo illud dicitur incontinenti fieri quod fit eadem die vel ſequenti: dummodo actus nullus extraneus admixtus in medio conſpiciatur, prout vſuuenire cernimus in ſtipulationibus, in quibus requiritur quod incontinenti promiſſor reſpondeat Interroganti, alioquin vitiatur ſtipulatio l. 1. §. qui præſens infra de verb. obligat. & tamen intelligitur incontinenti reſponſum dummodo eadem vel poſtera die reſpondeatur l. ſi ex duobus infra de duob. rei. † eſt enim genuinus intellectus illius tex. huiuſmodi:

450

451

452

453

iuſmodi: quia duo dicta in principio proponit, primo quod ſi agatur vt hodie reſponderi debeat & ſequenti die quis reſpondiderit vitiatur ſtipulatio, & ratio eſt quia agebatur de perficiendo actu ſtipulationis tunc ea die, & tamen promiſſor voluit diutius vſque ad ſequentem diem præſtolari, vnde non valet ſtipulatio, etiam ſi ſequenti immediata die reſpondeat, quamuis nullus contrarius actus exter-
454 numque negocium Interuenerit, † cena enim & ſomnus intermediæ noctis & ſimiles actus neceſſarij naturæ nō violarut con tinuationem actus, & filum eiuſdem contextus nec dicuntur impedire coniungi ex trema initij & finis ipſorum actuum l. cum antiquitas C. de teſtam. & patet in tex. d. l. ſi ex duobus; dum dicitur quod non valet ſtipulatio in qua poſtera die reſpondetur; cum actor ideſt Interrogator vel promiſſor ad alia negocia diſceſſerit: arguens à contrario ſenſu quod ſecus eſt ſi neuter eorum ad extranea diuerterit; & ſic præſupponit quod poſſunt differre vſque ad ſequentem diem: & tamen ad negocia extranea Intelligi non abijſſe: ergo ſomnus noctis & ſimilia non ſunt media obſtatiua
455 † neque enim dictio cum ponitur pro voce rationis redditiua; quaſi dicat ex quo expectando ſequentem diem dicuntur ad

negotia

negotia externa diuertiſſe; quia tunc non loqueretur tex. per alternatiuam huius voces vel: prout dicit actor vel promiſſor; ſed copulatiue diceret cum actor & promiſſor ad diuerſa ieriint; qñquidem vtriq. & omnib. facta fuit nox & ſomnus, & neceſſitas naturalis; vnde dictio cũ ponit affirmatiue & decitiue pro voce quando, ideſt non valet ſtipulatio in qua reſpondetur ſequẽti die cum actor vel promiſſor, nempe quando alter eorum ad diuerticula obſtatiua videlicet ad extranea negocia abierunt: † 456
& ſic ex ipſo tex. patet quod nox & ſomnus non eſt medium impertinens ſeu obſtatiũ & tamen non valet ſtipulatio; quia agebatur vt eadem die reſponderi deberet; ſicuti liquet ibi in tex. qui promiſſuri erant hodie; & hoc eſt ad quod dicit ille tex. in principio vſque ad verba duos reos incluſiue, poſt quas duas voces punctus conſtituẽdus eſt. † Secundo inquit ille tex. quod non va- 457
let actus ſtipulationis in quo die poſtera reſpondetur quotiens interrogator vel promiſſor ad alia interim negocia abierint; † 458
ergo a contrario ſenſu ſi nullum extraneum negocium aggreſſus eſt aliquis eorum, valida eſſe declaratur ſtipulatio in qua reſponſio datur ſequenti die, & iſtud decidit ipſe tex. in ſecundo reſponſo, a clauſula illa, ac nec obligatũ quidem; vſq.

459 ad §. ſi à Titio: † cuius deciſionis ratio eſt quoniam ea quæ fiunt ſequenti immediata die ſemper reputantur facta regulariter die ipſa debita & præcedenti cum de modicis ratio haberi non ſoleat l. in mo-
460 dicis ff. de contrah. empt. † ſicut in ſimili cernimus quod ſententia minime lata in die monitionis ſeu citationis ad ſententiam audiendam, ſed promulgata die ſequenti, nihilus ſuſtinetur c. conſuluit extr. de offic. delegat. licet ſecus ſit quotiens non die ipſa ſequenti ſed alia & alia, Ruyn. conſ. 18. in cauſa & lite col. fin. vol. 4. ibi non fuit lata eadem die vel ſequenti ſed
461 alia, ideo non valet: † Cum igitur forma ſtipulationis ſeruata fuerit quia continuus habetur actus ex quo nihil medij extranei & impeditui negocij diuerſi admixtum eſt l. continuus in princ. infra de verb. oblig. merito etiam ſi die ſequenti fiat reſponſio forma actus continui habetur; & non violatur regula Iuris quod dies ſequens an-
462 numeratur præcedenti † ne modicus in tempore ſolo digreſſus vitiet actum. Neq; obſtat tex. in d. l. continuus in verſiculo quamuis eadem die ſpopondiſſet, vbi dicitur quod ſi actus intermedius occurrat vitiatur ſtipulatio, tametſi eadem die reſpondeatur, indicans propterea quod terminus peremptorius reſpondendi eſt præ-

ſens

ſens illa dies Interrogationis : quoniam
confutando tale abiectum † Reſpondetur 463
quod argumentum à contrario ſenſu non
poteſt in hac parte ſumi ex illo tex. ex quo
contrarium legitur deciſum nempe etiam
de poſtera ſequenti die in d. l. ſi ex duobus
infra de duob. rei. quo caſu argumentatio
à contrario ſenſu non valet la ſ. & cæteri
frequentiori calculo in l. 1. ff. de off. eius
cui mand. eſt Iuriſd. † Secundo inſuper re- 464
ſpondemus quod ideo dicitur illic quamquam
ſpopondiſſet eadem die, quoniam cū
nec dies dilapſa fuiſſet videbatur dicendū
quod extraneus ille medius actus non eſſet
Impedimento validitati ſtipulationis, cuius
contrarium deciditur in ipſo text. nempe
quia ex intermedio extraneo negocio
ſemper impediuntur ipſa extrema coniungi,
non tamen negat ſequenti die reſponderi
poſſe ſi actus extraneus non interuenerit,
ſed ponit caſum de præſenti die † vt in 465
terminis fortioribus loquēs etiam faciliora
decideret & deciſa eſſe commonſtraret;
† nouerat enim I. C. quod ſi cui magis 466
ineſſe videtur deciditur non ineſſe quod
etiam illud idem accipiendum intelligi debet
in caſu cui minus ineſſe videbatur,
præſupponit enim intelligentiam argumenti
à fortiori : † & præſupponit optime 467
ſciri quod concludit negatiue ſemper

pars illa quæ, a, maiori; ducit ſicut cōclude
re ſcitur affirmatiue alia pars q̄, a, minori
deducitur; prout etiam ex Euerardis &
Cantiunculis & Gammarijs patet in ſuis
legalibus Dialecticis: igitur vt, a, diuerti-
468 culo redeamus † vox incontinenti in mate-
ria ſtipulationis pro eadem die vel ſequēti
accipitur, dummodo actus extraneus non
469 interponatur medius. † Tertio incontinē-
ti fieri dicitur id quod vſque adeo ſtatim
adijcitur vt licet actus præcedens veritate
ſuæ formationis inſpecta abſolutus exple-
tusq. eſſet attamen propter eius repentinā
adiectionem ſubrogationemq. præſumi de-
beat quod reſpectu mentis contrahentium
nondum ille actus præcedens habitus erat
470 pro abſoluto; † nam ſi vere non fuiſſet quo
ad ſui formationem & proprietatem abſo-
lutus, vtiq. non eſſet præcedēs contractus
ſed verius fuiſſet quidam contrahendi tra-
ctatus, & non verſaremur in caſu contra-
ctus præcedentis & pactionis nudæ incon-
tinēti adiectæ; ſed in ſpecie tractatus ineū-
di contractū & deinde in concluſione eius:
atque non eſſent duo perfecta in ſuo eſſe vi
delicet contractus & pactum nudum; ſed
vnum tantum perfectum ex omnibus par-
tibus antea inchoatis per quendam tractā-
tum tandem conglutinatū & deciſiue con-
cluſum, & ſic eſſet vnus ſolus actus ſolita-

riusq. contractus : † Verumenimvero 471
cum duo ſint, tamen quia pactum nudum illico adiectum eſt, præſumit lex ineſſe contractui præcedenti, † & ratio eſt quia om- 472
nes qui contrahunt cenſentur veriſimiliter contraxiſſe ſub tali conditione & mente niſi aliud addere aut detrahere vel immutare ſtatim placuerit; talis enim conditio ineſt ex præſumpta mente contrahentium in omni cuiusq. contractus celebratione: Vnde legem dare actui dicitur talis pactio l. Iuriſgentium §. quinimo ſupra de pact. † nempe quia ea lege contraxiſſe cre- 473
duntur omnes, niſi aliud in Ingreſſu ad contractum, aut in exitu atque egreſſu ab ipſo contractu placuerit: igitur in materia iſta arctius accipitur vox incontinenti, nempe vt non ſolum ad extranea negocia non ſit facta diuerticuli inflexio, ſed etiam vt eodem loco & tempore antequam diſcedant partes talis pactio adijciatur; quippe quia inde patet quod reſpectu mentis agentium pactum fuit adiectum antequam contractus eſſet habitus pro abſoluto, ex quo nondum diſceſſerant partes, † licet fortaſſe interim biberint 474
abſoluto contractu, vel pauliſper obdormierint illic ſedentes, aut confabulati pauliſper fuerint; arg. l. quæ extrinſecus infra de verb. oblig. vel per illam domum aut

viridarium ſeu Plateam aut vicum ſpaciati fuerint; dummodo è loco non diſceſſerint, nec alia negotia aggreſsi fuerint cum tamen in ſtipulationibus ſecus ſit, quia ſi diſceſſerint & reuerſi fuerint adhuc valet ſtipulatio, ſi actus medius non intercurrerat, d. l. 1. §. qui præſens infra de verb. obligat. hic vero ſecus eſt ſi abierunt
475 † & ratio eſt quia diſceſſus indicat contractum fuiſſe omnino habitum pro abſoluto, ergo pactio poſtea facta remaneret nuda.

476 † Quæro quo pacto dilluatur illud quod videtur nimis difficile intellectui, ſcilicet quod ſtipulatio veſtiens parit vnicã actionem, & pactum nudum incontinenti adiectum duas producit actiones, nempe ex ſtipulatu & præſcriptis verbis, ita enim ſe habet magis communis & vera ſententia vt ſupra exploratum fecimus; & tamen propter quod vnumquodque tale & illud magis autentica multo magis C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Ariſtot. in lib. primo poſteriorum cap. 2. quamobrem duplicitas actionum ineſſe deberet veſtienti termino
477 non autem veſtito. † Solu. ita ad vnguem res ſe habet prout prætendit argumentatio videlicet, vt plures actiones competant ſtipulationi veſtienti quam pacto veſtito ſi accuratius rimari & veriori trutina

rem

rem ipſam librare velimus, ſola enim actio præſcriptis verbis vere ineſt pacto, ſed actio ex ſtipulatu quæ datur pro ipſa pactione nuda continetur & manet ſuper parte & membro ſtipulationis, & ſic intra domum & regionem ipſius ſtipulationis, quia pactum euaſit pars contractus præcedentis, & quatenus parti ſtipulationis ineſt ei actio ex ſtipulatu informata; igitur vnuſquiſque actus ſuam habet actionem; & inſuper actus veſtiens habet actionem auctam ſeu extenſam ex ſe naſcentem, quæ ſi eſt appellanda duplex in quantum datur pro deductis in pactum iam duplicem habet actionem ipſe actus ſtipulationis, & contractus præcedens quia pactũ eſt pars eius.

† Quæro ſubſtantialiter per concluſiones, & per cognitionem terminorum, & principiorum ſummatim quæ ſint in ſumma deciſiones Iuris noſtri ſuper articulo transformationis item reformationis, præterea Informationis tandemq. ipſius termini ineſſe quando pactum duntaxat ineſt ſed neque transformat nec reformat nec informat prout in l. noſtra. Et quæ ſit differentia inter contractus bonæ fidei & ſtricti Iuris ſuper iſtis ſingulis quatuor punctis: transformandi reformandi, informandi & dum ſimpliciter duntaxat ineſt: notabilis enim deciſio noſtræ legis verſatur in con- 478

tractu ſtricti Iuris, ſuper quarti de quo meminimus puncti termino, vnde oblata occurrit nobis occaſio vt deciſiue omnia determinatione lympida ex totius legiſlationis oceano collecta indicentur.

479 † Et reſpondeo concluſiue quod quotieſcumque pactum adijcitur incontinenti ſiue fuerit transformatiuum, ſiue reformatiuum ſiue informatiuum ſiue illud quod ſimpliciter tantum ineſſe dicitur prout in caſu noſtræ legis, Tunc nulla penitus differentia eſt, quippe quia veſtitur tale pactum cohærentia præcedentis contractus vnde ſuam vim atque virtutem transformandi aut reformandi aut informandi aut ſimpliciter intra manendi, operatur ſine contradictionis alicuius obſtaculo, ſiue verſemur in contractibus bonæ fidei ſiue etiam ſtricti Iuris: Verum quando huiuſmodi pacta apponuntur ex interuallo tunc in articulis transformandi, & reformandi inſignis eſt pænitus atque maxima Iuris differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti Iuris, cum quibus etiam pari paſſu in hac materia gradiuntur alij contractus bonæ fidei qui non poſſunt nudo conſenſu illigari ſed aliud requiritur; vt res prout in depoſito & commodato §. actionum Inſtit. de action. Iuncto tit. quib.
480 mod. re contrahit oblig. † nam iſti æquiparantur

parantur in hoc ſubiecto quæſtionis noſtræ
contractibus ſtricti Iuris vt ſtatim patebit:
† Sed in punctis informandi nulla eſt diffe 481
rentia inter actus ſtricti Iuris & bonæ fidei
Adeo vt prorſus omnibus cõbinationibus,
collectis nulla ſit differentia; à contractu
ſtricti Iuris cum contractibus bonæ fidei;
† niſi in duobus caſibus videlicet in ſpecie 482
transformandi ex interuallo; & in alia
ſpecie reformandi pariter quando per in-
teruallum adijcitur pactio transformà-
tiua ſeu reformatiua: Quod vt ſigillatim
per ſummarias concluſiones innoteſcat,
ita dixerim videlicet † Primò pactum 483
transformatiuum incontinenti adiectum
in contractibus bonæ fidei dubio omni pro
cul ſuum ſortitur transformandi effectum
vt patet ex ſequenti proxima, concluſione
nam ſi iſtud etiam ex interuallo poteſt er-
go fortiori idem poterit ſi incontinenti
adijciatur: † Atque idem eſt in contra- 484
ctibus ſtricti Iuris: † & etiam in cæteris 485
contractibus bonæ fidei, qui vltra conſen-
ſum aliud requirunt vt rem, ſicuti eſt de-
ſpoſitum §. actionum inſtit. de action. nam
ea quæ incontinenti fiunt dicuntur ineſſe,
& patet infra ex tertia & quarta conclu-
ſione vbi quod quando ab interuallo adhi-
betur non transformat quia fortius vin-
culum diſſolueretur à debiliori, quæ ratio

ceſſat

ceſſat quando incontinenti adijcitur licet verſemur in contractibus ſtricti Iuris vel in actibus bonæ fidei, qui re contrahuntur vt commodatum & depoſitum ex quo incontinenti adhibita dicuntur pars explicati actus. Nam etiam ſicut ſupra declarauimus incontinenti aliquid dicitur adiji ci quando à partibus non dum actus erat
486 habitus pro abſoluto, † Igitur pars non poteſt extra eſſe, & impoſsibile eſt quod non operetur ſuam portionem eius quod exprimit & dicit, alioquin eſſet dici quod non eſt pars.

487 † Secundo pactum transformatiuum ex interuallo adiectum in bonæ fidei contractibus qui ſolo conſenſu perficiuntur ſuum operatur transformationis effectum probatur ex l. ab emptione ſupra de pact. Nam ſi huiuſmodi cõtractus bonæ fidei nuda pactione etiam ex interuallo adiecta (Dummodo res adhuc integra ſit quia neque præcium ſolutum fuit nec res tradita) poteſt diſſolui, vt emptio: tex. eſt in d.l. ab emptione; ergo ſi in diſſoluendo adijciatur quod is qui vendiderat domum, a, qua venditione receditur tamen teneatur locare ipſam domũ emptori ab ipſa emptione recedenti, ſane venditio transformata eſt in locationem neque enim fixerunt pedes in diſſolutione ſimplici contractus

præce-

præcedentis emptor, & venditor ſed in locationis actum etiam transformando traduxerunt præcedentem contractum: † idē 488
probatur in l. ſi quam rem infr. de reſcind. vend. nam tametſi quotieſcunque augetur vel minuitur præcium tunc actus non dicatur transformari ſed reformari, ex quo tantum materialia attinguntur l. Iuriſgentium §. adeo ſupra de pact. & enucleauimus ſupra in tertio præludio; † Attamen ſi mēs 489
contrahentium fuerit vt non dicatur remanere prior contractus nec quod cenſeatur duntaxat augeri vel minui præcium, atque tantum reformari emptio prout in prædicto §. adeo, ſed imo quod penitus Intelligatur contractus præcedens diſſolutus; & alius nouus contractus initus ſeu celebratus, tunc noua emptio dicitur, propter partium huiuſmodi voluntatem, licet ex interuallo pactum interuenerit, dummodo res integra erat, quia neque præciū ſolutum neque tradita res fuerat ex priori conuentione; Et ſic in caſu d. l. ſi quam rem C. de reſcind. vendit. ſumus in apertiſsima transformatione ex quo de contractu in contractum itum eſt: & prior contractus vt inquit Pompon. illic ſublatus fuit atq; alius recens explicatur, † igitur trāſ- 490
formatio ex interuallo fieri poteſt in contractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſu perficiuntur.

ficiuntur.

491 † Tertio; Pactum transformatiuum adiectum ex interuallo ſuper contractibus ſtrictis Iuris, nequaquam tansformandi poteſtate lætatur, & etiam notatur in d. l. ab emptione ſupra de pact. & in l. ſi quam rem infra de reſcind. vend. arguendo à

492 contrario ſenſu: † Et ratio eſt quia cum præcedens contractus non ſit ligatus ſolo conſenſu ſed verbis vt ſtipulatio, vel re vt mutuum, & in ſumma alio quodam vinculo præter conſenſum; ergo impoſsibile eſt diſſolui & in inſuper transformando traduci in aliam ſpeciem per nudem pactionem quæ ſolo conſenſn perficitur l. 1. in princ. ſupra de pact. neque enim debiliori vinculo poteſt fortius diſſolui l. nihil tam naturale infra de reg. Iur.

493 † Quarto Pactio transformatiua ex interuallo adiecta non poteſt transformare ſuper contractibus bonæ fidei, in quibus nudus conſenſus non ſufficit ſed præter conſenſum aliud requiritur vt in commodato & depoſito, quia vt diximus in præcedenti concluſione proxima; ſolo conſenſu non poteſt tolli illud quod fortiori

494 vinculo innodatum fuit: † Et ideo in hac materia ipſi contractus bonæ fidei qui præter conſenſum aliud expoſtulant vt celebrentur, comparantur vt ſuperius ſta-

tum dicebam contractibus ſtricti Iuris.
† Quinto vt ad reformationem deſcen 495
damus in ea dicendum eſt quod pactum reformatiuum incontinenti adiectum ſuper contractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſu ineuntur dubio procul ſi hoc fiat dum res integra erat, reformandi fruitur auctoritate: nam ſi etiam ex Interuallo id poteſt vt ſtatim ſubijciam, ergo à fortiori incontinenti, autentica multo magis C. de Sacro ſanct. Eccleſ. & † idem eſt in contra- 496
ctibus ſtricti Iuris & in contractibus bonæ fidei qui vltra conſenſum rem vel aliud requirunt vt patuit ſupra in prima concluſione, nam eadem argumenta quæ illic referuntur hic inſeruiunt: ea enim quæ incontinenti adijciuntur ſemper inſunt & pars ſunt præcedentis explicati actus prout ibi diximus.

† Sexto, Pactio reformatiua etiam poſt 497
interuallum adiecta ſuper contractu bonæ fidei qui ſolo conſenſu perficitur rebus integris manentibus reformandi poteſtatem habet l. Iurisgentium §. adeo ſupra de pact.
† & ratio eſt quia contractus qui ſolo con 498
ſenſu perficitur poteſt re integra nuda pactione diſſolui l. ab emptione ſupra de pact. † ergo & reformari prout ex ſententia Pomponij arguit & decidit Vlpian. in d. §. adeo.

Septi-

499 † Septimo pactum reformatiuum ſuper contractibus ſtricti Iuris ſi ex interuallo ad hibeatur minime reformat, ſed valet duntaxat in vim pacti ad excipiendum d. l. Iurisgentium §. adeo ſupra de pact. a contrario ſenſu & probatur quia nudus conſenſus pacti non poteſt tollere contractum ſtricti Iuris, qui vel re vel verbis vel alio vinculo

500 præter conſenſum innodatus fuit; † ne fortius illigata a debilioribus diſſoluantur contra tex. in d. l. nihil tam naturale vt proxime docuimus.

501 † Octauo reformatiua pactio ſuper contractu bonæ fidei qui vltra conſenſum aliud requirit vt depoſitum, ſi ex interuallo adhibeatur reformandi non habet poteſtatē ne fortiora & duplici vinculo innexa ab infirmiori actu tollātur vt patuit in præcedenti concluſione & patet in §. adeo in d. l. Iuriſgentium ſupra de pact. in tex. re non dum ſecuta & ideo tex. in d. §. adeo dum inquit cæteriſq. bonæfidei iudicijs eſt intelligendus ideſt ſimilibus emptioni de qua loquitur; vt dictio alius, & cæteris, ſit repetitiua ſimilium.

502 † Nono vt ad Informationis articulum dilabi ſinamus orationem in eo dicimus quod pactum informatiuum & ſic ampliatiuum ſuper accidentalibus incontinenti adiectum ſuper contractibus bona fidei qui

ſolo

ſolo conſenſu conficiuntur informat præcedentem actionem, & nouam actionem præſcriptis verbis producit l. Iuriſgentium § quinimo ſupra de pact.
† Decimo pactum informatiuum adiectum incontinenti ſuper contractibus ſtricti Iuris etiam informandi facultate potitur, & in ſumma informat l. petens C. de pact. & luculenter ex communi ſententia firmauimus ſupra ſub ſecunda oppoſitione: & ratio eſt quia ſi ſtatim adhibeatur, pars eſſe dicitur † & impoſsibile eſt quod actio ex contractu non competat ad omnes ſui contractus partes: neque obſtat tex. in l. in bonæ fidei C. de pact, à contrario ſenſu quia ideo dicitur ibi quod in bonæ fidei contractibus pactio informatiua operatur ſi incontinenti adijciatur † quoniam reſpondetur cum gloſſa & cum communi opinione ibi quod propter fauorem actus bonæ fidei videbatur etiam ex interuallo operari debuiſſe, quod ibi negatur, vnde non ponitur mentio actus bonæ fidei ad excludendum contractus ſtricti Iuris, ſed vt ſciamus quod etiam in actibus bonæ fidei requiritur quod incontinenti adijciatur pactio informatiua, vt patet ex illo tex dupliciter & primo in voce ita demum quę monſtrat quod talis erat dubitatio vt dixi, ſecundo quia ſubdit etiam expreſsim declarando

503 504 505

clarando

clarando talem conceptum quod ſi ex in-
teruallo adhibetur ad ſolam exceptionem valet,

306 † Vndecimo informatiua pactio ſuum operatur effectum etiam in contractibus bonæ fidei qui non ſunt contenti ſolo conſenſu, ſi incontinenti adhibeatur. Nam ſi vt patuit ex frequentiori ſententia hoc operatur in contractibus ſtricti Iuris, qui vltra conſenſum aliud requirunt vt rem, ſicut mutuum §. 1. inſtit. quib. mod. re contrahit obligat. ergo fortiori idem operari debet in contractibus bonæ fidei, licet præter conſenſum aliud requirant vt rem, ſicuti eſt depoſitum & commodatum d. §. actionum infra de action.

307 † Duodecimo Informatiuum pactum ex interuallo adiectum ſuper contractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſu celebrantur minime informandi auctoritate letatur, ſed duntaxat parit exceptionem l. in bonæ
308 fidei C. de pact. † Ratio diuerſitatis inter reformationem quæ ex interuallo valida eſt l. Iuriſgentium §. quinimo ſupra de pact. ac informationem quæ requiritur incontinenti, ſed minime tenet ex interuallo illa reddi debet quoniam reformatio attingit ſubſtantialia nempe materialia & ſic ex eodem eſt contractu atque medullitus dimanat ex ipſo talis conuentio ſeu pactio

reforma-

tiua: & hoc eſt illud quod dicit Vlpian. ibi ex eodem ſunt contractu, vnde ſicut poſt interuallum contractus nudo conſenſu initus vt emptio,poteſt totus diſſolui l.ab emptione ſupr. de pact. ergo multo magis in parte reformari etiam ex interuallo: & hoc eſt illud quod argumentatur in puncto Vlpian. in d. §. adeo; Sed informatio quia non eſt ex eodem intrinſecus contractu, licet circa & ſuper eodem contractu extrinſecus verſetur; & ſic quia conſiſtit ſuper extrinſecis, à contractu, nempe ſuper accidentalibus, & ſic circa diuerſa, & ſuper diuerſis; ſequitur quod affert nouum actum ſeparatum, & duo ſunt actus; quod patet ad ſenſum; item ex eo quia duæ actiones competunt primo informata actio. Secundo præſcriptis verbis, vt communis eſt ſententia in l. petens C. de pact. † Vnde cũ 509
duo ſint actus ſeparati nempe præcedens contractus deinde pactio ſuper accidentalibus, & ſic ſeparatim, à contractu diuertens; ergo ſi ex Interuallo adhibetur non poteſt operari;ex quo non dimanat intrinſecus à ſubſtantia & medulla contractus qui ſolo conſenſu perficitur illud diſſolučs in totum vel pro parte minuendo vel augendo prout eſt reformatio; ſed extrinſecus vagatur cum ſit pactum per ſe & in ſui natura propria minime pertinens ad actũ

& obligationes,quæ ſolo cõſenſu pficiũtur vnde ineſſe non poteſt niſi incontinenti celebretur d.§. quinimo ſupra de pact.
510 † Tertiodecimo, a fortiori idem eſt, vt ſi ex interuallo adhibeatur, non Informet; ſi verſemur in cõtract. ſtricti Iuris, qui ſunt min⁹ fauorabiles; ergo &c. autẽtica multo magis C. de ſacro ſanct. Eccleſ. cum ſimul.
511 † Quartodecimo pariter, a, fortiori idẽ dicendum eſt in contractibus bonęfidei qui præter nudum conſenſum etiam rem vel aliud vinculum requirunt vt commodatũ, nam neque tunc informabit pactio ex interuallo adhibita, & patet quia tex. in d. l. bonæfidei C. de pact. loquitur generaliter in omni ſpecie contractuum bonæfidei vt non fiat informatio ab interuallo.
512 †Quintodecimo Pactum detractiuum & ſic quod nõ transformat nec reformat nec informat ſed tantum habet poteſtatem intramanendi vt ſcilicet ineſſe dicatur, ſi cõtigerit interponi in contractibus bonęfidei qui ſolo conſenſu innodantur, tunc ſi incontinenti adhibetur ineſt, & ipſo Iure minuit actionem præcedentis contractus, vt patet a, fortiori ex proxima ſequenti opinione.
513 † Sextodecimo Pactum detractiuũ præſcriptum quod duntaxat ineſſe dicitur, ſi adijciatur incontinenti in contractibus ſtricti Iuris; tali caſu ipſo Iure minuit actionem

nem præcedentis contractus, ſed non trãſformat neque reformat neque informat patet in l.noſtra, † iſte enim eſt genuinus 514 ſuus intellectus vt ſuperius enodaui.

† Septimo decimo pactio detractiua hu 515 iuſmodi, ſi ſtatim adijciatur in cõtractibus bonæ fidei qui vltra nudũ conſenſum aliud requirunt, vt rem: ſicut eſt in depoſito & ſimilibus, Tunc etiam ipſo Iure comminuit præcedentis contractus actionem; Quod inde liquet quia ſi vt precedenti concluſione claruit, in cõtractibus ſtricti Iuris iſtud euenit, in quibus etiam vltra conſenſum aliud requiritur nempe res vel verba vel literæ, ergo idem eſt, a, fortiori in actibus bonæ fidei.

† Octauo decimo pactum detractiuum 516 ex interuallo adhitum in cõtractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſum perfici poſſunt non dicitur ineſſe, vnde ipſo Iure non minuit actionem præcedentis contractus: probatur ex l. in bonæ fidei C. de pact. & ex duodecima concluſione ſupra non multum remote ſed præcedenter poſita, nam ſicut ampliando non Informat actionem præcedentis contractus vt ibi, ergo neq, detrahendo poteſt illius contractus actionem ipſo Iure minuere: quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina l. 11. ſupr. de his qui ſunt ſui vel alien. Iur. & in ſimili ſa-

tis oſtenditur ex ſequenti proxima concluſione; Tamen quia etiam nuda pactio producit exceptionem l. Iurisgentium §. igitur:ſupra de pact. proderit atque in hoc
517 caſu vtillima erit per viam exceptionis: † Quod ampliatur vt ſi ſumus in committendis non autem in commiſsis videlicet in caſu incurrendæ more, tunc ipſo Iure impediat committendum committi, vt exempli cauſa moram incurri, l. noſtra verſiculo & ſi vt ille, ibi tamen vſurarum, & ita Bart. & cæteri declararunt & ipſe ſuperius docui.

518 † Nonodecimo pactum detractiuum ex interuallo adhibitum in contractu ſtricti Iuris non dicitur ineſſe l. noſtra §. dicebam tit. noſtro, & patet à fortiori ex præcedenti proxima concluſione: vnde conſtat quod ipſo Iure non poteſt comminuere actionem præcedentis contractus; Attamen talis nuda pactio adhibita poſt interuallum, prodeſt per viam exceptionis; dum illa prima actio minime ipſo Iure diminuta proponitur contra debitorem ipſum; quia nudum pactum exceptionem tamen producit l. Iurisgentium §. igitur
519 nuda ſupra de pact. † & iſtud ampliatur in committendis vt ipſo Iure impediat ſicut diximus in præcedenti concluſione.

520 † Vigeſimo idem quod diximus proxime

me de contractu ſtricti Iuris,& in præcedenti loco de contractu bonæfidei qui ſolo conſenſu initur, dicendum eſt penitus in pactione detractiua ex interuallo interpoſita ſuper contractu bonæfidei qui vltra & præter conſenſum aliud requirit vt depoſitum; nempe vt ex interuallo adhibita non inſit & ideo non minuat ipſo Iure præcedẽtis contractus actionem: quod probatur quia ſi in contractu bonæfidei qui ſolo cõſenſu perficitur non ineſt hæc facultas, vt ex Interuallo adiecta talis pactio habeat virtutem minuendi actionem ipſo Iure, ergo multo minus minuere poteſt vbi duplex adeſt vinculum nempe; conſenſus & res; vt in commodato & in depoſito d. autentica multo magis C. de ſacro ſanct.Eccleſ.
† proderit tamen hæc pactio ad excipiendum etiam in commiſsis l. Iuriſgentium §. 521
igitur nuda pactio ſupra de pact.† & quod 522
plus eſt committenda impediet committi ipſo Iure vt in dictis duabus præcedẽtibus concluſionibus enucleaui: Tamen commiſſa minime ipſo Iure diminuit vnquã;quando ex interuallo adijcitur,vt dictũ eſt; igiť Vt globuli filo ad regulas memoratu faciliores colligãtur ſuperiores viginti cõcluſ.

† Prima regula eſt quod pactum tranſformatiuum in contractibus bonæfidei qui 523
ſolo conſenſu perficiuntur & in contracti-

bus ſtricti Iuris & in alijs contractibus bonæ fidei qui vltra conſenſum requirunt inſuper aliud, ſi incontinenti adijciatur transformat & idem etiam eſt ex interuallo in contractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſu explicantur, ſed in contractibus ſtricti iuris vel etiam bonæ fidei qui vltra conſenſum requirunt aliud, vt rem; ſecus eſt: ſcilicet vt poſt interuallum transformandi poteſtatem non habeat.

524 † Secunda Regula eſt quod pactum reformatiuum in contractibus bonæfidei qui ſolo conſenſu innodantur, atque etiam in contractibus ſtricti Iuris & in actibus bonæ fidei qui non ſunt contenti ſolo conſen-
525 ſu vt depoſitum, Reformat.† & idem eſt ex interuallo in contractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſu fiunt vt emptio; ſecus autem eſt in contractibus ſtricti Iuris: vel in cæteris bonæ fidei contractibus in quibus ſolus conſenſus non ſufficit; quia tunc ab interuallo reformandi virtutem non habet.

526 † Tertia Regula; pactum informatiuũ incontinenti adiectum ſemper informat, ſiue ſimus in contractu bonæ fidei qui ſolo nititur conſenſu, ſiue in contractibus ſtricti Iuris, ſiue etiam in contractibus bonæ fidei qui præter conſenſum requirunt Inſuper aliud.

527 † Quarta Regula pactum informatiuũ ex

ex interuallo appoſitum numquam in aliquo vllo caſu informat.

† Quinta Regula pactum detractiuum incontinenti adhibitum ſemper ipſo Iure minuit actionem præcedentis contractus ſiue ſit bonæ fidei ſolo cõſenſu explicabili; ſiue ſtricti Iuris; ſiue ſimus in contractibus bonæ fidei qui non poſſunt perfici ſolo cõſenſu. 528

† Sexta & vltima Regula pactum detractiuum ex interuallo adhibitum nequaquam ipſo Iure minuit actionem præcedentis contractus ſiue verſemur in contractibus bonæ fidei qui ſolo conſenſu perficiuntur, ſiue in actibus ſtricti Iuris, ſiue in contractu bonæ fidei qui ſolo conſenſu minime conſumatur neque iniri poteſt; † 529
Quæ regula limitatur in committendis quoniam illa impediuntur ipſo Iure per iſtam pactionem detractiuam licet ex interuallo adiectam. † ſecundo limitatur vt tamen ope exceptionis repellatur virtute pacti, illa actio quæ non potuit ipſo Iure per tale pactum nudum minui: & iſtæ regulæ omnino probatæ ſunt in ipſis viginti concluſionibus per auctoritates ibi citatas, nam omnes illæ concluſiones in has ſex Regulas velut in compendium & globulũ quendam breuiſsimum colliguntur. 530 531

† Et nota ſuper iſtis terminis in quibus 532

verſantur iſtæ ſex Regulæ quod in actu transformationis vna duntaxat naſcitur actio: quia vnus eſt actus: nempe ille nouus contractus in quem itum eſt per trãs-
533 formationem. † Et pariter in reformatione vna tantum competit actio quia etiã actus vnus eſt, videlicet antiquus ille idem contractus qui remanſit; ſed duntaxat reformatus eſt & ſic in materialibus non autẽ
534 in ſui forma alteratus: † Verum in ipſa informatione duæ competunt actiones quoniam duo ſunt actus, videlicet præcedens contractus & pactio ſuper accidẽtalibus; & ſic ſuper ſeparatis adiecta: & propterea nouum & ſecundum actum conſtituens.
535 † Tandem in quarto termino intramanendi tantum, vt in pacto detractiuo; licet duo ſint actus tamen vna actio competit; quia ex pacto detractiuo, & ſic ex actu ſecundo loco ſequenti inito, non naſcitur actio; vt docuimus: ſed diminutio actionis ipſo iure; aut ſaltem ope exceptionis quando ex interuallo adijcitur. Illud etiam nota quod quamuis de quinque terminis tantum commemorarim ſuperius in tertio præludio, Attamen ſi quis altius exordiri
536 vellet † ſex ſunt termini videlicet Diſſoluere: Transformare: Reformare: Informare: & ſimpliciter ineſſe tandemq. nec ineſ-
537 ſe. † diſſoluere eſt, a, præcedenti contra-

ctu

ctu recedere, vel nuda pactione re integra: vel Re ipſa reſtituta: vt l. ab emptione ſupra de pact. vel etiam contractum ſtipulationis aut alium contraria ſtipulatione & veſtita pactione diſſolutiua reſcindere: toto tit. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. † Sed 538
tunc ſumus in diſtractu ſeu in pactione diſtractiua: non autem in contractibus ſeu in pactionibus contractiuis: aut contractum ſaltem ex parte relinquentibus in vita; ſed hic caſus, a, nobis in præfationibus fuit omiſſus quia text. noſter meminit de contractu & de pactione quę ponit, nõ autem de diſtractu & de priuatiua tantum conuentione: vnde vix ad præludia pertinere poterat huius materiæ: hic autem in Epilogando materiam noluimus penitus, etiã iſtum terminum velut omnino incognitũ, ſub ſilentio egredi fila noſtra. Transformare eſt non ſolum diſſoluere ſed facta diſſolu tione iterum aliud ligando creare, & contrahere. † Reformare eſt mutare ex parte 539
non autem ex toto† Informare eſt augere. 540
† verum ſimpliciter ineſſe eſt diminuere. 541
† Tandem non ineſſe eſt in nihilo operari, & fruſtratorie paciſci pro fine ad 542
quem dirigitur pactio prout de his quinque poſtremis fuſius explicui ſuperius intra ipſum tertium præludium, ibi vide.

† Itaque ſex ſunt termini primo actus 543
diſſolu-

diſſolutiuus : ſecundo transformatiuus :
tertio reformatiuus: quarto informatiuus
quinto actus intramanens : & ſexto actus
544 extra diuagans . † ſed quinque ſunt termi-
ni vt Regula tertij præludij concinit qui
proprie ad noſtram pertinent materiam;
545 † videlicet transformare reformare infor
mare ineſſe & nullo modo ineſſe : & hæc
mihi ſatis eſſe videntur ſuper iſta lege no-
546 ſtra . † omnia autem bona quæ diximus ſi
quæ ſunt ea ſemper ſint ad gloriam Dei Pa
tris & Filij & Spiritus ſancti & honorem
glorioſæ Virginis Marię Materis Dei & ſan
ctæ Catherinæ martyris & omnium ſan-
ctorum. Amen.

FINIS.

Supradicta cōmentaria nihil cōtinent fidei aut moribus aduerſum , ideo poterunt , Ampliatiōne tua permittente imprimi. Cui Deus gratiæ ſuæ dona cumulate largiatur, ex ædib. iij. Nona Septembris. 1593. *Finis.*

Ampliatione tuæ

Deditiſſimus

M. A. Maſſa.

In materia vſurarum loquitur ſecundum tempora mediæ Iuris prudentiæ, & adiecta eſt initio clauſula ne quem offendere poſſit.

M. A. Maſſa.

L. Lecta. ff. ſi cert. petat.

VSVRAE omni iure prohibitæ ſunt. nu. 1. & ſeq.
Centeſima vſura quæ etiam menſtrua appellabatur quæ eſſet & cur tali nuncupatur nomine. nu. 6. & ſeq.
Traiectitia ſeu nautica vſura & terreſtris vſura beſſalles vſuræ aliæq; huiuſmodi quænam eſſent nu. 12. & ſeq.
Quinque ſunt termini circa pacta nuda poſt præcedentes contractus inita, primo transformare: ſecundo reformare: tertio informare; quarto ſimpliciter ineſſe: quinto non ineſſe nu. 21.
Transformare quid ſit. nu. 24.
Reformare quid ſit nu. 25.
Informare quid ſit nu. 26. & ſeq.
Ineſſe ſimpliciter quid ſit nu. 28.
Nullo modo ineſſe quid ſit nu. 40.
Legem dare contractui nuda pacta ſtatim adiecta quid ſit 44.
Ineſſe præcedenti contractui quid ſit, & quomodo exponatur 363. & 444.
Exemplum transformationis 49.
Exemplum reformationis 54.
Plus & minus in materia non facit differe ſpecie 71.
Verbum videtur improprietatem & fictionem inſinat

ſonat 82.
Exempla informationis 83.
Exemplum quando pactum non traſformat neque reformat nec informat & tamen ineſt 90.
Aliud eſt ipſum quid, aliud vero eſt ipſum quando aut ipſum quantum. 105. & ſeq.
Pactum aliud ampliatiuũ præcedentis contractus, aliud vero detractiuum ſeu limitatiuum: & de diuerſis propterea effectibus & nominibus nu. 85. 92. 116.
Pactum detractiuum quando ipſo iupe operetur, & quando opus ſit vt per viam ſuæ exceptionis proponatur. nu. 121
Intellectus genuinus legis noſtræ. 124
Vetuſtiores non intellexerunt hunc textum in ſua antiqua cammuni ſententia: neque etiam iuniores in alia ipſorum noua communi ſententia: vn de merito dici hactenus potuit, lex lecta nondũ intellecta 126. & ſeq.
Exemplum quando pactum dicitur minime ineſſe 131.
Intellectus l. pacta conuenta ff. de contrahen. emtion. 148.
Pactum transformans quidnam ſit, & quodnam reformans, vel informans, vel nihil horum faciens, & tamen intra manens; vel non manens 154. & ſeq.
Diuiſio tex. Rhetorica: & ciuilis. 162. 166 & 175.
Compendium. 179

Facti

Facti ſpecies huius tex. 191
Papiniani laudes 201.
Iureconſulti laudes qui noluit parere hæretico Re-
gi Anglorum nunc in inferno iacenti, & Iure-
conſulto in cælis exultanti. 204
Pondus æs & libra idem ſunt. 207
Sextertium quid ſit. 211
De Inſula Ornus. 226
De cultu feſtorum 232. 237. & 246.
Pæna admirabilis Dei iusſione contra non ſeruan-
tes feſta 248.
Literæ noſtri tex. genuina expoſitio, & quod non
ſit opus violare aut alterare ipſam literā 239.
Dies alij continui alij vtiles 240.
Tres erant conuentiones initæ in caſu noſtræ legis
250.
Conuenit verbum referri debet ad pactum nudum
251. *& mult. ſeq.*
Limitationes huius rei 282.
Intellectus l. ſeruus de ſeru. exportand. 261.
Pactum veſtitum cohærentia conteactus in duobus
caſibus non operatur quantum verus contra-
ctus ſtipulationis 267. *& ſeq.*
R*atio diuerſitatis genuina & noua atque neceſſa-*
ria, cur verbum conuenit referatur ad nudam
pactionem, & verbum promiſit ad ſtipulationē
302.
Nomen generis ſemper ex more deſcendit in ſpe-
ciem innominatam. nu. 303
Intellectus l. ſciendū §. dictū ff. de edilit. edi. 291
Genus

Genus ineſt proprie cuilibet ſpeciei. 322
Pacta incontinenti appoſita cenſetur ineſſe; & procedit etiam in contractibus ſtricti Iuris. 344. & 360.
Pactum ineſſe contractui duo operatur. 364.
Confutatis cæterorum varijs opinionibus, declaratur per auctorem quo pacto veriſſimum ſit quod pactum incontinenti appoſitum informet veterem actionem, & nouam producat. 374.
Ampliationes huius rei 413.
Tria ſunt veritas, præſumptio & fictio: & de eorũ naturis & virtute 400. et 401 et 411.
Voluntas agentium dat formam et legem contractui cum ſuis ampliationibus 407.
Pactum detractiuum incontinenti adiectum operatur ipſo iure tam in cammiſſis quam in com- [illegible] uallo, quia tunc non operatnr ipſo iure 434. et. 448.
Id quod operatur propoſitum in propoſito operatur oppoſitum in oppoſito 440.
Fictio idem operatur quod veritas 445.
Pactio quando dicatur incontinenti adiecta 449. et. ſeq.
In poſſeſſorio adipiſcendæ quando admittatur, et vſque ad quod tempus exceptio dominij. 451
Dictio cum non ſemper eſt rationis redditiua, ſed interdum eſt temporis ſig[illegible] 455.
Nox et ſomnus non ſunt medium impertines. 456.
Stipulatio in qua reſponſio datur ſequenti die ſi ad extraneã nõ fuit itum valet. 457.
Sententia lata non die monitionis aut citationis ad audien-

audiendum ſententiã, ſed die ſequẽti valet 460.
Intellectus l. ſi ex duobus ff. de duobus reis 463.
Tribus modis dicitur aliquid incõtinenti 469.
Contractus veſtiens parit ex veritate duas actionas, Pactum vero incontinenti adiectum vnicam. 477.
Deciſiones ſummatim iuris, ſuper articulo transformationis: item reformationis: item informationis: item ſuper quarto articulo intra manendi. 478. et mult. ſeq.
Pacti transformatiui deciſiones. 483. et ſeq.
Pacti reformatiui doctrina et deciſiones 495
Pacti informatiui regule et deciſiones. 502
Pacti detractiui quod dicitur habere vim dũtaxat intramanendi, et ſic quod ſimpliciter tantum dicitur ineſſe, non autem transformat neque reformat neque informat, natura vis et iuris deciſiones ſuper eo 513. mult. ſeq.
Regulæ ſex et ſummula, ſuper prædictis omnibus 523.
Pariter ſex termini ſeu ſex uoces et ſpecies inueniuntur ſuper iſta materia. 526
Transformare; reformare; informare: et ſimpliciter intramanere; præterea neque intramanere vllo pacto et ſic neque ſimpliciter ineſſe quid deſcriptiue et ſummatim ſint. 538. et ſeq.
De omnibus bonis gloria danda eſt Deo 546.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE